PHILOS. OP.
GR. ET LAT.
40 [illegible]
[illegible]

~~109~~ 126

25.a.4.

1

N° A
18-43

L 11810427

Del Collegio de La Comp.ª de Jesus de Granada —
SB
R. 5955

PHILOSTRATI LEMNII OPERA QVAE EXSTANT.

PHILOSTRATI IVNIORIS IMAGINES, ET CALLISTRATI ECPHRASES.

ITEM EVSEBII CÆSARIENSIS EPISCOPI LIBER CONTRA Hieroclem, qui ex Philostrati historia æquipararat Apollonium Tyaneum Saluatori nostro IESV CHRISTO.

Græca Latinis è regione posita;

FED. MORELLVS PROFESSOR ET INTERPRES REGIVS CVM MNSS. CONTVLIT, RECENSVIT: ET hactenus nondum Latinitate donata, vertit.

Ad virum Amplissimum D. NIC. BRVLARTVM, summum Galliarum Procancellarium,

BIBLIOTECA

PARISIIS. M.DC.VIII.

Ex officina Typographica CLAVDII MORELLI, via Iacobæa, ad insigne Fontis.

NON SINE REGIS PRIVILEGIO.

Ampliſsimo & Illuſtriſsimo viro

NICOLAO BRVLARTO, DOMINO SILLERIENSI, SVMMO GALLIARVM PROCANCELLARIO.

FED. MORELLVS PROFESSOR REG. S. D.

QVOD te Regi Chriſtianiſſimo chariſſimum facit, Deóque Opt. Max. coniungit, id me quoque & omnes φιλαρέτους Tibi, Vir ampliſsime, deuincit atque obſtringit. Ea nimirum eſt, quam iure Philo Hebræus virtutum Reginam vocat, φιλανθρωπία, benignitas, humanitas, φιλοφροσύνη, φύσις εὐεργετική, cuius certum apud Poëtas ac Philoſophos indicium & præmium eſt verus honos, τιμὴ δὲ οὐ Διὸς ἔστι. His Cyrenenſis Antiſtes Syneſius σπουδῇ aſtipulatur, vbi ſcitè ſcribit, τὸ εὖ ποιεῖν ἓν τοῦτο μόνον ἔχουσι κοινὸν ἔργον ἀνθρώπου καὶ θεοῦ. ἡ δὲ μίμησις οἰκείωσίς ἐστι, καὶ σπουδῇ θεὸς ὁ μιμεῖται τὸ μιμούμενον. Proinde Gregorius Nyſſenus in aureo libello περὶ τοῦ θείου σκοποῦ, quem nuper Græcè & Latinè primi edidimus, τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν appellat ὥσπερ τινὰ κρηπίδα τοῦ τῆς χαρίτος θησαυροῦ. vbi pios ad charitatis decus & ornamentum, tanquam fundamentum aliquod theſauri gratiæ diuinæ animo comparandum cohortatur: quippe cùm hæc virtus ardens & coryphæa per ſanctitatem arcanam & affectum ineffabilem ad æthera vectum, Deo copulet atque innodet inſolubili vinculo, catenâque verè aurea, & potiore illa Homerica, σφῆν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσθαι. de qua Lucretianum iſtud,

Aurea de cœlo deſcendit funis in arua.

atenim ab hac Dij Deæque omnes apud poëtam pendêre horrent, ne tollantur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Illam verò gemmeam catenam, qui Magistratus, Senatores, Iudices, Comites Consistoriani; qui proceres, principes, Reges, Imperatores non dextra contingere gaudent? Hæc nimirum efficit, vt βουληφόρον ἀνδρῶν optimis institutis, propositis ac suasionibus, consiliis perspicaci sagacitate, & peruigili fidelique opera, atque expedita prudentia subnixus Princeps imperium regat è præscripto voluntatis ac Maiestatis diuinæ, cuius ipse meritò imago viua & expressa censetur. Hac ope mutua συμφερτῆς ἀρετῆς, firmiùs quàm vllis præsidiis & muris aheneis, nititur principatus. his virtutum annulis quasi adamantinis vinculis superorum & inferiorum animi arctissimè colligantur. his moribus antiquis res stat Romana virisque. his columinibus & luminibus seculum decoratur ac deauratur; his adminiculis & exemplis sua sponte omnes omnium ordinum probitatem amplexantur: sed illustres potissimum animi, (φιλοτιμία γὰρ τὰς λαμπρὰς φύσεις ἐγείρει.) Quique sui memores alios fecere merendo. Hinc est cur D. Titus Imp. amor ac deliciæ generis humani cognominatus, ideóque etiam à Synesio dictus θεοφιλέστατος, recordatus quondam super cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam, meritóque, Suetonio perhibente, memoratam vocem ediderit, AMICI, DIEM PERDIDI; vel vt ille scriptor Atticus refert in φιλαδέλφοις, à nobis recens conuersis & editis, ΣΗΜΕΡΟΝ ΟΥΚ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑ. ΟΥΔΕΝΑ ΓΑΡ ΤΗΜΕΡΟΝ ΕΥ ΕΠΟΙΗΣΑ. HODIE NON IMPERAVI; NIHIL ENIM CVIQVAM PRÆSTITI. Hanc sanè Romano Principe dignam sententiam Cyrenensis ille Philosophus, se non minori cum stupore admirari, quàm Alexandri Trophæa asserit: quòd multis & magnis equitum peditúmque secundis præliis comparata præponderet: adeò vt iacturam diei, de qua sic conquestus fuerat Imperator abundè resarcierit. Ecquando verò beneficium in plures Titus contulit, quàm cum hoc celebredictum enunciauit? quo omnes quipost eum imperarunt, munus suum

edocti ſunt, & quid ſemper ipſis facto opus eſſet, ſi auguſtam nominis ſui dignitatem conſeruare, & Spartam ſuam ornare vellent, nec affligere humo *diuinæ particulam auræ.* Felices igitur Galli, ſua ſi bona noſſent! quibus hodie ſub HENRICO IV. ter quatérque Magno, licet eſſe tam beatis, vt apud ſe Dauidas, Cyros, Alexandros, Numas, Attalos, Ptolemæos, Iulios, Auguſtos, Traianos, Titos, Marcos, Clodoueos, Carolos, Ludouicos, rediuiuos & quaſi virbios, ſceptra, piè iuſtéque moderantes, ac benefactis ſubditos cumulantes, veréque patriæ parentes, cuſtodes, conſeruatores, intueantur, qui δλεξίκακοι, εὐεργέται, optimi, beneuolentiſſimi, ac beneficentiſſimi malint eſſe, quàm videri.

Attulit en nobis aliquando optantib. ætas
Auxilium aduentumq; Herois.

ὃν περὶ κῆρι φίλει θεός· de quo fas eſt enunciare, quòd Homerica Pallas Telemacho, -- ἀλλα μὺ αὐτὸς,

Αλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

Enimuerò tot naturæ, corporis, animíq; dotibus inſignitus, ſuos etiam domi Polydamantas, Neſtoras, Phœnices, Polybios, Vlpianos, Chryſoſtomos cõiunctiſſimos habet:

Hic paci bonus; hic timendus armis;
Natura melior potentiórque:
Et laudum cumulo beatus omni.

In hunc Auguſtiſſ. Parentem liberi Regij, Sereniſſimus DELPHINVS LVDOVICVS, & Aurelienſis Dux, quibus Gallias numen exhilarauit & beauit, tanquam nitidiſſimum Regij muneris & Honoris ſpeculum, iam inde à teneris vnguiculis, ocellos figentes, non tam cæſariem auream, quàm Cæſaream indolem decentius componere ac dirigere aſſueſcent. Duntaxat αἱ βασίλφοι κὴ θεαρέσιοι φύσις, ἰὼ προσεχείρ αὐτὰς ξυμβελία κὴ λόγος, ἐς πρὸς τ ποιεῖν ὃ ξυὼ ὁρμὴ φέρονται, vt rectè & ſapienter cenſet in Ariſtide ſuo Philoſtratus hic noſter, imò iam ex aſſe tuus, Vir incomparabilis & παναρίστε. Hic enim paulò iam amœniore quàm antea cultu, ad te magnarum gentium patronum maximum cliens accedit, omnia ſua ſecum ferens, quæ

Nec potuit ferrum, nec edax abolere vetuſtas;

& Sophiſtas, atque Heroas *natos melioribus annis*, ante ſan-

ctum φεραιδονομοφυλάκιον tuum ſiſtit; non exeſos & corruptos longæuo ſitu, vt prius; ſed Apollinis & Æſculapij arte penè recreatos, ab Orco reuocatos, bene habitos; incolumes; nec mutos, balbos, aut elingues; ſed vocales, diſertos, ac bilingues, vt prædicent liberè

Omnibus in terris quæ ſunt a Gadibus vſque Auroram & Gangem, ac magna teſtentur voce, τὸ φιλόκαλον, τὸ φιλόλογον, τὸ φιλόμουσον, τὸ χρυσῆ Gallicæ gentis; cuius ἀνδραγάθημα, & palmarium eſt in Regia munificentia, quæ cùm in omnibus tam belli quàm pacis artibus; tum in hiſce typis Græcanicis exſplendeſcit: in Principis εἰρηνοφίλου καὶ λεσιμάχου, prouida benignáque mente, quæ nobis hæc ἄνωθεν καὶ θεόθεν otia fecit: in συμφεραλμόνων Officiorúmq. Regiorum, quibus diuinis virtutibus antiſtas, ἀτρεμοία & conſtantia in optimis curis, & aſsiduis pro ſtatu publico, & ſalute patriæ laboribus, & propenſa prolixáque ad rem literariam iuuandam voluntate. Apollonius certè Tyaneus, non tam fama quàm his Philoſtrati ſcriptis *ſuper æthera notus*, lubentius nunc tecum, quàm olim cum Sapientibus illis Indis ac Gymnoſophiſtis, conuerſabitur, quippe cui multo magis quàm illis

-- σὺ γήθεσιν ἔνδον νοῷ βυρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλὸν, τῷ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·
Καί τε πόλις ἐσάωσας.- quinetiam ex animo tibi gratulatur, quòd Te apud Principem noſtrum tanto in pretio norit eſſe, quanto quondam ipſe apud Titum fuerat; ὄγκου τὸν ζόφον πεσουμένου. In quo πέλει θεόνου πολιήκου te Regi tanto, ac vniuerſis adprobas, omnium bonorum ſtudia ac voluntates promereris, allicis alienas, retines partas, placas turbatas: in poteſtate tibi temperas; & magnum ſemper & amplum quid de regno & republica cogitas: innocentiæ clientum, ſic in calamitoſa fama quaſi in aliqua perniciosiſſima flamma atque in communi incendio ſubuenis. Principem Μουσηγέτην, τὰ εὑρόντα πρῶτ' ἔμπης Ὀρφεύς, Iubalis, Cadmi, Palamedis, Aſtræi inuenta, ad literas Hermathenas, Suadelas, diſciplinas, amandas, alendas, conſeruandas, earúmque cultores amplexandos, fouendos, ornandos; vt Profeſſorum iura, διδακτρα honoraria, θεσμόμια

auctoramenta rata, ſarta, tecta maneant.

-- οὐ γαρ παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλόν,
Οὐδ' ἀπελεύτητον γ' ὅ, τ' ἄναξ κεφαλῇ καταν εύσῃ te Hectoris noſtri Polydamante cauente & fauente. Enimuerò,

Felix ſorte tua es, ſacrum cui tangere pectus
Fas eſt, & noſtri, mente calere Ducis.

Quid igitur, Vir illuſtriſsime, dulces Muſarum fœtus antiquos Atticos & nouos Latios, recens è Muſéo & Typographéo Reg. expromptos, ὡς ἀναθήματα δαπὸς & βυωχίας λόγων, Tibi, vt noſtro Ερμῆ λογίῳ dicaré, conſecrare cunctatus fuiſſem? vt tanti Genij beneficio viuant, & cum eo

Caneſcant ſeclis innumerabilibus. Admitte iam igitur, (ampliſsime Μουσοθεμιςοφύλαξ) in ſacrarium Gratiarum tuarum hunc Tyrium Lemniúmve hoſpitem Philoſtratum, cum comitatu ſuo Heroïco & oratorio: & me horum clientum θεόξενον & πιμάορον, pia mente, animo grato memoríque ingentium tuorum in me beneficiorum χαριτήεια, quaſi ἀξιόκτητα πνὰ & ἐεικόδεα munera meritiſsimò tibi,

(Torpor eſt noſtris ſine quo Camœnis)

cupidè ſupplicitérque offerentem, bene diúque vale, & viue, vir immortalitate digniſsime. Lutetiæ Pariſ. Kal. Sept. M. DCVII.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ, ΕΚ ΤΩΝ ΤΗΣ ΦΩΤΙΟΥ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ.

RECENSIO, CENSVRA ET EXCERPTA PHILOSTRATI E LIB. VIII. DE VITA APOLLONII Tyanei, Ex Photio.

Interprete AND. SCHOTO *ANTVERP. de societate* IESV.

ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ Φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὸν τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον· λόγοι ὀκτώ. ἔστι δὲ τῷ μὲν φράσει σαφὴς, ὀνόματός τε καὶ ἁρμοστικὸς, καὶ βρύων γλυκύτητος, ἔς τε τὴν ἁρμονίαν καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν συνθέσεων ἐμφιλοσόφου μέτρου. ἱστορεῖ δὲ τὸν Ἀπολλώνιον, πορευθέντα τε Ἰνδοὺς (οὓς καλεῖ καὶ Βραχμᾶνας) ἀπάνειν, ἐξ ὧν ἡ πλείστη τῆς πρὸ αὐτοῖς θεοσοφίας ἐκμαθεῖν· καὶ πορευθέντα τοὺς Αἰθίοπων σοφούς, οὓς καὶ γυμνοὺς ὀνομάζει, ὅτι καὶ γυμνοὶ τὸν βίον ὅλον διάγουσι, μηδὲ τὸ ἄεργος διαχλοιοῦντος αὐτοῖς εἰς πολυτέλειαν ἐλθεῖν. πολλῷ δέ φησι τοὺς Ἰνδῶν τὸ καὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ σοφῶν προέχειν. ὅτι τε φησὶ πρὸς ἀκτῖνα οἰκοῦντες ἡλίου, μᾶλλον εἶναι τῷ διανοίᾳ ὀξεῖς καὶ καθαροί· καὶ ὅτι καὶ χρόνῳ πρεσβύτεροι. τὸν μέντοι Ἀπολλώνιον οὐδὲν ὅλως φησὶ τελεσθῆναι, οἷα * ὁ μυθῳδὴς αὐτὸν περιέζεται λόγος· φιλόσοφον δέ τινα καὶ ἐγκρατῆ βίον ἀποσεμνύνει αὐτὸν βιοῦντα, ἅτε καὶ Πυθαγορικὴν διαδεχόμενον φιλοσοφίαν, εἴτε ἤθεσι καὶ ἐν δόγμασι. τὸν δὲ θάνατον αὐτοῦ ἀδηλόν τε καὶ πολλοῖς διαφωνούμενον λέγει γενέσθαι. αὐτὸς δὲ ἐκείνου τὸν τρόπον ἀσυνδιάστολος· καὶ * δοκεῖ καὶ ζῶντα ὑπολέλειφθαι, ὡς δεῖ τὸν σοφὸν τοῖς πολλοῖς λανθάνοντα βιῶναι. εἰ δὲ μὴ, κἂν χρῆν ἀποδιδράναι λανθάνοντα. πάθοι δ' αὐτὸς μηδαμοῦ γῆς ἐγνῶσθαι. λέγει δὲ αὐτὸν μάλιστα χρημάτων κρείττω γενέσθαι, ὡς καὶ τοῦ κτήσιν αὐτοῦ τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ ἑτέροις κεκαλλιπεῖν· καὶ τοῦδε μηδενὸς τῶν ἐπὶ δυνάμεσι, καί τοι πολλὰ ἀξιωσάντων λαβεῖν χρήματα. αὐτὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ λιμὸν καὶ προειδεῖν, καὶ γενόμενα παῦσαι. καὶ λέοντα δὲ ἰδεῖν, καὶ εἰπεῖν, ὡς ἡ τοῦ Ἀμάσιδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως ψυχὴ ἐν τῷ σώ-

κ. ὡς

κ. ἐπ λέ-γει

LEGI Philostrati Tyrij de vita Apollonij Tyanei libros octo. Stylo vsus est aperto, gratioso, cõciso, pleno etiam dulcedine, ac cum ex priscis loquendi formis, tum ex recentioribus elegantiis laudem quærit.

Narrat Apollonium ad Indos (quos & Brachmanas nominat) profectum esse, ex quibus pleraque diuinæ eorum sapientiæ didicerit. Profectum item ad Æthiopum sapientes, quos & γυμνοὺς appellat, quòd nudi ætatem perpetuo transigant, & ne cœli quidem tempestate atque inclementia vexati amictum induant. Indorum autem sapientes longe ait his antecellere, tum quod Solis radiis propiores, mente sint magis acuta & pura, tum ex eo quoque, quod ætate sint priores.

Ab Apollonio porro eorum nihil omnino gestum refert, quæ fabulosè de ipso narrantur: tantum philosophicam quandam temperatámque eius vitam extollit, qua Pythagoream sectam, cum moribus tum doctrina expresserit. Mortem ipsius obscuram fuisse, & à multis variè narratam scribit, studiosè hoc ipsum Philostrato agente. Etenim & viuentem dicere solitum sapientem oportere fallere omnes, ac latere in vita; id si nequeat, mori saltem latentem debere. Sepulchrum eius nusquam ostendi. Addit & diuitiarum mirificum contemptorem fuisse, vt & suas ipse possessiones germano fratri aliisque sponte concesserit, & à nemine potentiorum pecunias acceperit, quantumuis illi multa merenti obtruderent. Famem Ephesi longè ante prouidisse, & ortam sustulisse. Leone forte viso, dixisse, Amasidis Ægyptiorum Regis ani-

mam, pœnas vitæ ſcelerum dantem, in feram illam commigraſſe. Empuſam itē deprehendiſſe, ſub perſona meretricis Menippi, ſe amore captam fingentem. Puellam Romæ quidem exſpirare viſam, in vitam reuocaſſe. Soluiſſe compedes ſibi, dum in carcere conſtrictus teneretur.

Apud Domitianum Imp. cauſam dixiſſe, pro ſe & Nerua, qui Domitiano in Imperio ſucceſſit, cauſaque dicta è foro euanuiſſe, & ad Demetrium, ac Damin (ſic cum iis pacto inito) nullo temporis ſpatio, ſed momento, acceſſiſſe, licet dierum aliquot itinere diſtantes. Talia de ipſo Philoſtratus commíniſcitur. Negat tamen pro initiatore habendum, propterea quòd eorum ōperum quædam effecerit, quæ ab illo confecta à quibuſdam iactabantur: ſed per philoſophiam, ac vitæ puritatem, hæc etiam, quæ ipſe mox narrauerit, ab illo perfecta fingit. Quin potius exoſum Magis, ac veneficis, non verò magicæ arti deditum fuiſſe.

Iam de Indis omnia iſte, maximè abſurda, fidéque indigna conſuit. Dolia enim apud iſtos ſtatuit, plena imbrium & ventorum, quibus datum ſit regionem compluere, in imbrium penuria; iterumque diſcuſſis imbribus ſiccare, dum alternis aquam ventumque è doliis ſuppeditant. His ſimilia, dementiæ plena, & alia plurima prodigioſe confingit. itáque libris octo omnis ab illo vaniſſimi laboris opera conſumitur.

A εἰφ εἴη, ὑπέχουσα δίκην τῶν βεβιωμένων. ⁊ Εμπουσάν μ ἐλέγξαι, ὃν ὑποκρίσει ἑταίρας ἐρᾶν Μενίππου τοῦ ξυναπομνύοντος. ⁊ κρῖναι ὃν Ρώμῃ, ἀρτι τεθνᾶσαι δοκοῦσάν μ, ἐπαναγαγέσθαι τοῦ βίου, καὶ λῦσαι ὃ σκέλος ὃν ᾧ δεσμωτηρίῳ, ὄντα δεδεμένον. καὶ ἀπολογήσασθαι μὲν τοῦ Δομετιανόν, ὑπὲρ τε αὐτοῦ καὶ Νερούα, ὡς μὲν Δομετιανὸν Ρωμαίων ἐβασίλευσεν. ἀφανισθῆναι δὲ μὲν τὸν ἀπολογίαν τὴν δικαστηρίου, καὶ τοῦ Δημητρίου καὶ Δάμιν, οὕτω ⁊ συνθέσθαι αὐτοῖς, τοῦ μὴ ἐκδημεῖν· οὐ μακρὸν χρόνον, πρᾶγμα γ', καί τοι ὁδὸν ἡμερῶν τινῶν διεστηκότας. κ. διεστηκότα
B ταῦτα μὲν εἰς ἑαυτὸν ἀναπλάττει. οὐ μὴν τοί γε, ὡς εἴη τελεστὴς, εἴ τινα διετελέσατο τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ φυλαττομένων ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένων τελεσμάτων φιλοσοφίᾳ γ' καὶ βίου καθαρότητι, καὶ ἀπ' αὐτὸς ἔφησεν, οὐδὲν εἰσάγει διαφερόντως. ἀπεμάνη γὰρ μᾶλλον μάγοις καὶ φαρμάκοις· μὴ ὅτι γε αὐτὴν τὴν μάγων προσομιλεῖσθαι τέχνη. Περὶ γ' τῶν Ινδῶν ὅσα τὰ πρῶτα προσλογώτατα καὶ ἀπιστότατα διαῤῥαψῳδεῖ. πίθους γὰρ αὐτοῖς πλήρεις ὄμβρων ⁊ ἀνέμων δοὺς, εἶτα τὴν χώραν, ἀνομβρίας, ἐπεχούσης. ἐξικμάζειν τε αὖ, καταῤῥηγνυμένων ὄμβρων ταῖς ἐκ πίθων ἀνὰ μέσος χορηγίαις κυρίοις ἐκάθιστο. προσπλήσια τούτοις ἀνοίας μεσὰ καὶ ἕτερα πλείω τερατεύσασθαι μῦθος. ἐν ὀκτὼ δὲ λόγοις ἡ πᾶσα αὐτοῦ τῆς ματαιοπονίας σπουδὴ κατέπαλωται. κ. ἀπεχ· κ. εἰς πίθους

Alia eiuſdem excerpta his luculentiora, ſed prolixa nimis, adiungere his non conſtitui ne eandem ſerram reciprocando, δὶς κράμβη θάνατος eſſet. exillis Photianis eclogis varias tantum lectiones & quædam forte ſupplementa obſeruare expediret: in quibus notandum illud eſt; quòd vbi 1. *lib. c.* 13. *pag.* 23. *c. editum eſt,* ὥσπερ ἀπὸ σκηπτοῦ θεμιστευόμενα. *apud Photium legitur* ἀπὸ σκηπτοῦ θεμ. *And. Schotto vertente,* Quæ ab ipſo proferebantur fulminis inſtar reſonabant. *Ceterum cenſuræ ſuperiori de ſtylo Philoſtrati, quaſi* δευτέραν φροντίδας, *has ſecundas eiuſdem cenſoris curas ſubiicere non abs re fuerit.*

DVlci & varia narrandi ratione vſus eſt Philoſtratus, & verbis huic rei conuenientibus, & ſimili conſtructione, qualem nemo ſcribendo inſeruit. videntur enim nonnulli incompoſitè magis dicere quàm compoſitè. hunc verò ſcimus doctiſſimum fuiſſe, & à recto non aberrantem, propriam conſtructionis nouitatem adhibuiſſe: ſed quæ antiqui dixerunt ra-

Οὗτος δ' ὁ Φιλόστρατος ἀπαλείᾳ μὲν καὶ χάριτι γλυκείᾳ, καὶ ποικιλωτάτῃ, καὶ λέξεσιν ἐμπρεπούσαις φράσει τοιαύτῃ. συντάξεσι μού τοι γε τοιαύταις, οἵαις οὐκ ἄν τις ἄλλος ἐς ὃ συγγράφειν τεταγμένος· δοκοῦσι γὰρ πῶς ἀσυντάξιαις μᾶλλον ἐοικέναι, ἢ συντάξεως ὀπῶν μετέχειν. ὃς δ' ἴσμεν ὁ ἀνὴρ ὡς πολυμαθέσταλος ὤν, οὐκ ἂν ἐξαμαρτία τὴν ὀρθοῦ εἰς ταὐτὸν ἐξενέγκοι τῷ ἐξαπορῆσαι τὸν τῶν συντάξεων κανόνα. ἀλλ' ἄ τισι τῶν ἀρχαιοτέρων ἀσυνηθείας ἴσως εἴρηται, τούτοις

ἔτ εἰς χρεῖαν ἀπενεχθεῖσα, πεπ[illegible]ρπασμένῳ αὐτῶν τὴν χρῆσιν ὑπιδιηκμένους· καὶ οὐκ εἰς μάτην, ἀλλὰ τοῦ ἡδέος χάριν. ἔχουσι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν λόγων, τὸ ἐπαγωγὸν καὶ ἐπαφρόδιτον.

A rius, iis liberius vsque ad satietatem vsum esse: licitum esse eorum vsum demonstrans; nec id frustra, sed dulcedinis gratia. huiusmodi enim oratio conciliandi vim habet & venustatem quandam.

Ex τῆς Σουΐδα περὶ Φιλοστράτου.

Φιλόστρατος Φιλοστράτου τοῦ καὶ Νέρωνος Λημνίου Σοφιστοῦ, ὁ αὐτὸς δεύτερος Σοφιστής. σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις· εἶτα ἐν Ρώμῃ ὑπὸ Σεβήρου τοῦ βασιλέως καὶ ἕως Φιλίππου, ἔγραψε μελέτας, ὑποτυπώσεις ἐρωτικάς· εἰκόνας ἤτοι ἐκφράσεις ἐν βιβλίοις τέτταρσι· Γυμνάδας, αἰγας ἢ περὶ αὐλοῦ. Ἀπολλωνίου βίον τοῦ Τυανέως ἐν βιβλίοις ὀκτώ· ἀγορήν· ἡρωϊκόν. βίους σοφιστῶν ἐν βιβλίοις τέτταρσιν. ὑπογράμματα καὶ ἄλλα τινά.

B

De eodem Philostrato, è Suida.

PHilostratus, Philostrati Veri Lemnj Sophistæ nepos, ipse etiam alter Sophista. Docuit Athenis, deinde Romæ, sub Seuero Imperatore, vsque ad Philippum scripsit declamationes, epistolas amatorias, imagines, seu descriptiones, lib. IV. dissertationes, Capras, siue de fistula: Apollonij Tyanei vitam libris octo: forum, heroicum, vitas Sophistarum quatuor lib: Epigrammata, & alia quædam.

FED. MORELLVS LECTORI ΕΠΙΕΙΚΕΙ.

QVONIAM conuiuium istud Philostrateum, ad quod inuitatus es, ἑορνὸς est, aut ἑορνικόν τι præ se fert, audisti quinam ἑορνισταὶ extiterint. In primis [illegible] *ISAACVS CASAVBONVS: is identidem à nobis consultus, vbi in hoc Autore dignus vindice nodus occurrebat, ex incertis certos, compotésque consilij, vt Pythius quidam, reddidit; & è Bibliotheca Regia, cuius vigil Carthophylax est, benignè nobis suppeditauit Codices manu non valde prisca nec ita recente, sed scita & fida satis exaratos: quorum vnus VIII. lib. de Apoll. vita, vltimo tamen μειούρῳ, continebat: alter Sophistarum vitas. Vtriusque ope quædam loca tibicine egentia fulciuimus: alia praua dixerimus: interdũ fugitiuas aliquot periodos retraximus. Sed quia est prudentis animi & verecundi, autore Apuleio, vel falsa vituperatione grauari; si quis ex primis huius operis paginis, quòd puræ sint à varietate lectionis segnitiem aut malam fidem eorum qui contulerunt, arguendam putet, sic habeto: ante quàm prior Cod. Regius ad nos peruenisset, inchoatam fuisse editionẽ, indéque factum vt defuerint nonnulla, è quibus præcipua nunc tibi quasi ἐκτροφεῖσμα rependere quid cunctarer? Sedenim nocuit differre paratis. Pag. 1. B. leg. καὶ ὅ ἐφ. pag. 3. B. καθάπερ ζωγράφος ἐστι. D. ἢ δῆμο. & καίτοι τις. p. 4. B. ἀγνοιάν. & mox* [illegible] *λελυμένα τ. C. post αὐτὸ, adde, πάλε ἐκ τ ἐκείνῃ ὑποτολὴν. ἐπ. p. 5. A. ὑπομνημάτων τούτων, οὐ. B. οὐ μὴν δεξιὰς γε ἀ. mox, ξυνθέντι ἐς ἀπ. C. τοῖς τε φ. vt scribendum conieceram. p. 6. B. ἀγῶσιν γ. C. ἀφιγμένης, ἀ. D. ἐμμετρεῖσθαι τ. p. 8. A. γὰρ οὐδαμοῦ ἁ. deliciis nusquam magis diffluunt. p. 9. B. βαίρων ὑπὲ τ. paulò post,* [illegible] *τὸ π. D. ἡ γῆ αὐτὴ δ. p. 11. B. τὰ ζῳὰ ζ. C. καὶ τὰ μ. p. 12. B. δοκεῖ μοι, ἐ. ὦ ἐε. τ. ἀ. τ. μὴ* [illegible] *τ. Cetera minoris erant momenti. Deinde clariss. vir STEPHANVS TVRNEBVS Reg. Consiliarius, emẽdationes & notas ἰσοφόρους in Εἰκόνας vtriusque Philostrati è libro parentis sui & Reip. literariæ columinis ADR. TVRNEBI* [illegible] *sedulò collectas, amicè vltróque contulit; has suis quasque locis aptè inserendas curauimus. En opifer alius R. P. ANDREAS SCHOTTVS è Societate IESV Theologus πολύσοφος, non simpliciẽ has Epulas symbola beauit; quippe qui & quasdam in Græca animaduersiones misit, & Cod. Græcum Heroïcorum, vitæ Sophist. Philostr. Iun. Imaginum, & Callistrati Ἐκφράσεων, Venetiis concinnius & castigatius excusum An. 1550. cum Latina Alem. Rhinuccini Flor. VIII. lib. de Apollon. translationes editione recognita & notis aucta à G. Longolio ex edit. Colon. vnde Philostr. δύτυχῶν οὐκ ἀφήσεται. vt alio quoque munere gaudet, quo grauiss. & eruditiss. Senator PAV. PETAVIVS concesserit, vt Cod. suo scholus & glossis Græcis onerato vteremur, è quibus αὐθολογεῖν τι expeditum fuit. Salue & plur. vale.*

ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΝ.

ΦΕΔ. ΤΟΥ ΜΟΡΕΛΛΟΥ.

Λήμνιος ἢ Τύριος, πότερός σε Φιλόστρατε ῥήτωρ·
Καπνὸν ἰδεῖν θέφσκοντ' ὅτι πάτρας γλυκὺ σοι;
Ὦ πόνον, Ἡρῴς τε, καὶ Εἰκόνες, οἵ τε Σοφισταὶ,
Καὶ σελίδες πνυταὶ οὐ γλυκίους πατρίδος;

E FED. MORELLI TETRASTICHO.

LEMNIVS an fuerit, Tyriúsve PHILOSTRATVS, hæres?
Quid refert; idem si sapor est operum?
Facundas Tabulas, Heroïca gesta, Sophistas,
Actæis scriptor condidit hic salibus.
Ergo si patria est vbicumque bene est, ibi vera
Autoris patria est, quo monumenta nitent.

ΟΚΤΑΣΤΙΧΟΝ

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΓΡΟΓΟΝΟΥ

καὶ νεωτέρου τοῦ Φεδερίκου Μορέλλου καθορθωθείσας.

Εἰκόνας αἳ τὸ πάλαι πεχθήσατο ζωγράφῳ ἴδρις,
Εσμὸς χαλεπῷ πουλὺς ἐλιήσατο.
Ανθηλαν δὲ σελῖσι Φιλοστράτου ἀμφοτέροιο,
Γήραϊ δ' αὖ σελίδες κεῖντο μωραινόμεναι.
Χεῖρ' ὀρέγων δὲ Μορέλλῳ ἀλεξήτειρα ὀλέθρου,
Ημιφθεῖς σελίδας δαΐφρων ἐμφθίσεν.
Ζωγράφος οὖν ὄσσωνται Φιλοστράτῳ ὅτι χρεώσης,
Τόσσα Φιλόστρατος ἄρ' ποτε Μόρελλε τείν.

E Græco Octasticho V. C. Bapt. Machavlt.

Pinxerat egregias pictoris cura tabellas,
Has immitis hyems deinde male obruerat.
Post, geminus scribendo Philostratvs integrat omnem,
His florem: infecit sed monumenta situs.
Tum medicas adhibente manus ad scripta Morello,
En redivina ad nos pagina docta redit.
Hinc tibi pictorem debere, Philostrate, constat,
Federicvm de te quod meruisse patet.

NIC. MORELLVS FED. F.

INDEX CAPITVM
VITAE APOLLONII
A PHILOSTRATO DESCRIPTÆ
VIII. LIB.

CAP. LIB. I.

De ritu & silentio Pythagoræ, deque Agrigentino Empedocle. Cap. i. pag. 1

Iniustè damnatum Apollonium magia, quòd multa futura præuiderit, cùm & Plato & Socrates & Anaxagoras eo notati crimine non fuerint: licet diuini fuerint viri, vltimáque prædixerint. Cap. ij. pag. 3

De Damide Apollonij socio, deque commentariis dictorum factorumque eApollonij ad Iuliam reginam. Cap. iij. pag. 4

Vbi natus Apollonius fuerit, deque aquæ cuiusdam mira potestate. Cap. iiij. pag. 6

Apollonium quartumdecimum iam annum natum ad Euthydemum rhetorem à patre deductum, tum ad Euxenum. Cap. v. 7

Qualis vestitus Apollonij, deque miro ad eum hominum concursu, ex quo vel ab Æsculapio laudatus fuerat: tum de adolescente quodam Assyrio, quòd aqua intercute liberatus ab Apollonio fuerit. Cap. vi. 10

De quodam Cilicum omnium ditissimo sacrificanti Æsculapio, vt sibi oculum effossum restitueret; quámque ob causam oculum perdidisset: & quod iussu Æsculapij exclusus à templo fuerit. Cap. vij. 11

Sciántne omnia Dei, an minimè. tum quonam modo orandum sit, quæque à diis hominibus debeantur: postremo verba Apollonij ad Æsculapium. Cap. viij. 13

De Cilice quodam forma Apollonij capto, tum quibus verbis ab eo inhonesta petierit, & quod tertio die post malam partem obierit. Cap. ix. 14

De morte parentum Apollonij, & amplissima eius hereditate. Item quo modo fratrem vitiosissimum correxerit: deinde de mira eius castitate. Cap. x. 15

Interrogatus Apollonius cur non mandaret aliquid literis, quid responderit, quódque integrum quinquennium ita tacuerit, vt ne verbum quidem vnquam emitteret. Quot item bonorum nutus & signis, dum sileret, causa fuerit; tum de asylo Tiberij. Cap. xi. 17

Epistola Apollonij ad frumentarios mercatores. Deinde finito silentij tempore vt Antiochiam se contulerit. Deque templo Daphnæi Apollinis, & Daphne, & magno ad eum concursu Assyriorum. Inde præcepta ad discipulos, & quid illis faciendum tota die. Cap. xij. 20

Quo dicendi genere vsus Apollonius fuerit, quódque interroganti dialectico responderit. Deque discessu eius ex Antiochia ad Indos, & quod ad Ninum vrbem peruenerit, inibique Damidem inuenerit, qui Apollonium admiratus secutus est perpetuus comes, omnia illius dicta factáque literis accuratè commendaturus. Cap. xiij. 23

Cùm in Mesopotamiam peruenissent Apollonius, quasnam merces secum se ferre interroga-

tus reſponderit. Deinde de Meſopotamia, quare ita appellata fuerit ; deque Tigride & Euphrate fluuiis. Tum quanta fuerit fortitudo & ſapientia Apollonij.
Cap. xiiij. 26

Apollonium Cteſiphonte relicta in Babylonis fines peruenisſe : quidque Satrapæ inibi cuſtodi, quiſnam eſſet, & vnde veniret, interroganti, reſponderit : Inde Satrapæ amicum factum, theſaurum ab eo oblatum, & reliqua munera, præter panem & olera, renuiſſe. Cap. xv. 28

De leæna eximiæ magnitudinis occiſa à venatoribus, & catulis octo in vtero inuentis. item quid de leænæ partu proditum ſit. tum quid leænam & catulos ſignificare Apollonius vaticinatus fuerit. hinc de octo paſſerculis & matre à dracone in Aulide deuoratis. Cap. xvi. 30

Quòd ſomnium viſum Apollonio profecto in Ciſſiam, & ſomnij explanatio. tum de Eretriis populis hiſtoria : deque Apollonij ad Clazomenium Sophiſtam epiſtola. hinc hiſtoria Eretrienſium, vt ex Eubœa in Mediam peruenerint ; quídq; Apollonius dum illorum ſepulchra inſtauraret, dixerit. Item quid pro Eretriis ab rege Apollonius petierit. Cap. xvij. 32

Quanti fuerint Babyloniæ muri : deque flumine Euphrate, & ponte pulcherrimo in eo. Item, de regia admirabili, & thalamis & aliis in ea, necnon de Sapphiri colore, & de Magis pauca quædam. Cap. xviij. 36

Ingreſſum Babyloniam Apollonium ſtatuam regis auream noluiſſe adorare. Deinde eius verba ad Satrapas regis, & quonam modo ad regem accerſitus acceſſerit. Deque regis ſomnio. Cap. xix. 38

Apollonium dum duceretur ad regem, de vxore Pamphyli cuiuſdam Sapphus amica locutum, ne regias opes admirari videretur. hinc ad regem ductum multa cum eo locutum, & admiratum regem. Cap. xx. 41

Apollonio à rege conceſſum vt ab hoſpite priuato acciperetur. hinc miſſum Eunuchum ad Apollonium, vt decem quæcunque vellet munera ab rege peteret, & tempus petendi conſtitutum. tum quid Damis ſuaſerit de accipiendis muneribus. Cap. xxi. 44

Simulaſſe primò Apollonium tanquam perſuaſum à Damide accepturum ſe ab rege munera, quod Æſchines, Plato, Ariſtippus, Elicon, Python, Eudoxus, Speuſippus amatores pecuniarum fuerint : deinde grauiter diſputaſſe de contemnenda pecunia, & præſertim à viro ſapiente. Cap. xxij. 46

Apollonium duntaxat à rege petiuiſſe vt Eretriorum miſereretur, dixiſſeque nulla re alia ſe indigere præter panem & bellaria. Deinde Eunuchum quendam cum vna ex regiis pellicibus deprehenſum, nec damnatum morte ſententia Apollonij. hinc quid regi faciundum eſſet, vt ſecurus dominaretur dixerit Apollonius, deque legatis ad regem. Cap. xxiij. 49

Ægrotanti regi plurima de immortalitate animorum dixiſſe Apollonium. hinc multos ſermones vltro citróque inter eos habitos : tandem benignè à rege dimiſſum Apollonium : donatúmque camelis & ceteris neceſſariis eunti ad Indos. Cap. xxiiij. 52

INDEX CAP. LIB. SECVNDI.

De Armenia, Cilicia, Pamphylia, Caribus : deque Caucaſi, & Mycales montium

altitudine. Idem de Tauro, India, Scythia, Mœotide, Ponto. Quantus sit ambitus Caucasi. Quòd Pantheræ aromatibus gaudeant. De torque aureo in collo Pantheræ inuento. Vnde dicitur Nysæus. Cap. i. 55

De Prometheo & vinculis, quibus ligatus fuisse dicitur. Cur incolæ Caucasi aquilas persequantur. De quatricubitis, & quincubitis hominibus, & Lamia execrationibus fugata. Item Anaxagoram in Mimanto, Thaletem in Mybala, atque in Ato alios contemplatos: & quomodo vere sit contemplandum. Cap. ij. 57

De Copheno fluuio, & camelis, quorum genua inflexibilia. Déque vino ex Dactylis non minus inebriante, quàm quod ex vuis: & de melle ex arboribus. Cap. iij. 60

De Nysa monte plantis consito, vt Tmolus in Lydia. De templo Bacchi vitibus, hederísque complexo: & simulachro eiusdem. Item cuiasnam Bacchus fuerit, varias esse opiniones: sed inscriptione quæ in disco apud Pytho visitur, credi Thebanum fuisse. tum de altero Baccho Indi fluminis filio: necnon Nysam μηρὸν, id est femur, à Libero patre appellatam. An Alexander Macedo in Nysa Orgia celebrauerit. Cap. iiij. 63

De petra auerna stadiis xv. lata, quæ ἄορνος, id est, sine auibus, ab α priuatiua, & ὄρνις auis dicitur. & quare ita appellata fuerit. Item quid bonum equitem, ac militem facere oporteat. Tum de puero agitante elephantum: & ipso elephanto. Cap. v. 66

Elephantorum esse triplex genus. Déque elephanto annos nato plures quadringentis: eundémque pro Poro rege aduersus Alexandrum pugnasse. De alio item elephanto Aiace nomine, capto anno quadringentesimo post bellum quoddam in Libya: hinc non rectè sentire qui elephantorum dentes cornua potius esse, quàm dentes volunt. demum, qui dentes liuidi, qui albi, qui magni, qui parui, qui sectu faciles sunt. Cap. vi. 69

De moribus elephantorum, amoréque in fœtus animalium omnium, & quòd leæna pardorum amore capiatur: leones verò si masculosos viderint catulos, eos vt nothos discerpant. Phocam præterea, quòd mortuum peperisset catulum, triduò à cibo præ dolore abstinuisse. Aquilam etiam aëtite lapide (ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, id est, aquila dicto) Ciconiam verò lychnite (λύχνος lucerna est) nidos suos, vt serpentes arceant, conglutinare. Cap. vij. 72

An verum sit, quod de vipera pariente à quibusdam dicitur. Hinc Euripidis Iambicum, ἅπασι δ' αὐθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. id est, Cunctis hominibus filij sunt corculum. *à Philostrato sic repositum, ἅπασι δὲ ζῴοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα. id est,* Natos parentes, vt cor omnes diligunt. *Item cur minimi elephantes in itinere præcedant. Quidque Iuba de ipsis scripserit. Deinde de traiectu fluminis: quantáque sit illius latitudo. Cap. viij.* 74

De niuibus, quæ ex Æthiopia, & Catadupis montibus dicuntur fluere: déque equis fluuialibus, & Crocodilis, ac maximis Indiæ caloribus. quáque re feruores remittantur. Vtque ad Taxila regiam vrbem peruenerint: tum de vestitu Indorum: & vnde byssus nascatur. Templum quoque aut vrbem fuisse maximum, vbi multa præclara videbantur: vt Tabellæ de gestis Alexandri & Pori, adeò artificiosæ, vt à Zeuxide, aut Polygnoto, aut Euphranore sculptæ iudicarentur. Cap. ix. 78

De pugna Alexandri & Pori: ac victum fuisse Porum: sed eodem die & amisisse regnum, & dono accepisse. Hinc disputatio de pictura & coloribus: déque Aiace Timomachi. Cap. x. 81

Apollonium ductum fuisse ad Indorum Regem: tum de domibus Vrbis, & templo margaritis constrato. Deinde qui sermo habitus fuerit inter Apollonium & Phraotem regem: déque eius modestia & temperantia: & quòd Græcæ linguæ rex peritus fuerit. Cap. xi. 85

Apollonium cum regem ad conuiuium profectum: & quale conuiuium fuerit: Déque sagittandi Indorum peritia. Hinc quales in Græcia, quales apud Indos essent philosophi: quotóque ætatis anno inibi philosophiæ dare operam adolescentes incipiant: quódque omni eos vitio carere oporteat: esse præterea, qui illos examinent, an philosophia digni sint: ídque ex oculis, & supercilius, ac genis præcipuè cognosci posse in conuiuio ab Rege narratum. Cap. xij. 89

Narratio Phraotæ regis de parentibus suis, & seipso: vt scilicet pater adhuc adolescens regno eiectus, philosophiæ apud sapientes operam dederit, ipséque Græcas literas edoctus à patre ad eos ipsos sapientes philosophiæ gratia missus fuerit; ac defunctus parentibus ab amicis paternis in regnum reuocatus. Cap. xiij. 95

De Oxydracis, & eorum vrbe inexpugnabili: vt pote qui non armis, sed tonitruis, & fulminibus à Ioue missis hostes propulsent: Idque in Herculem & Bacchum visum olim fuerit. Quodque Ægyptius Hercules ad Gades venerit, non Thebanus. hinc longa disputatio vtri magis somno capiantur, vinine, an aquæ potores. Déque medicamentis ad somnum, & Amphiarao vate. Cap. xiiij. 96

Apollonium sacrificasse Soli expectante Phraote, vt de agro vendito, de quo controuersia obinuentum thesaurum, dicendæ sententiæ consiliarius interesset: agrúmque Apollonij sententia, cessisse emptori: quod vir bonus esset, iustúsque & pius erga deos: contra, malus venditor, impiúsque & deorum contemptor. Tum de camelis albis, ac regis epistola pro Apollonio ad Iarcham præceptorem vnum è sapientibus. Hinc de portis in quibus Alexandri & Poristatuæ, & de aris inscriptis epigrammate, atque de columna vbi scalptum, Ἀλέξανδρος ἐνθάδε ἵστη. id est, Alexander hic stetit. Cap. xv. 102

INDEX CAP. LIB. TERTII.

De Hyphasíde flumine, & piscibus in eo, pauonibus nomine: de oleo naturæ mirabilis: de asinis syluestribus vnicornibus, déque poculo ex iis cornibus admirandæ virtutis: hinc de muliere nigra facie, ceteris partibus candida. De cinamomo in Caucasi radicibus: de arbore ferente piper, & simiis: cúrque earum carne leones vescantur: necnon vt in colligendo pipere simiæ decipiantur. Cap. i. 108

De planicie itineris quindecim dierum, ac frumentorum, & fabarum magnitudine: déque ceteris fructibus. Tum de draconibus, & venatione eorum: quódque inde sit venatoribus lucrum. Capi verò eos carminibus: esséque in draconum capite lapillos miræ virtutis. Cap. ij. 112

De Paraca vrbe, cuius ciues belluarum linguas intelligunt. Item de ceruis albis, quantáque veneratione sint sapientes apud Indos. hinc Græcè omnes loqui, qui vicos apud sapientes incolunt. De colle præterea sapientum ex natiuo saxo, in quo Bacchus & Hercules sculpti visuntur, conantes cum Dijs Panibus collem occupare, & fugati fulminibus. Item de puteo culpæ & cratere veniæ pleno ignis, déque duobus dolijs, quorum alterum pluuias, serenitatem alterum facit. Cap. iij. 115

Quid de Indis in oratione Apollonius scribat: hinc epistolæ interpretatio, cur scilicet in terra Brachmanæ & sint & non sint, nihilque eis cum sit, nihil deficiat tamen.
Cap. iiij. 119

Acceptum à sapientibus Apollonium, inueniséque eorum principem Iarcham in throno sedentem: tum diuinasse nomen, & Apollonij, & parentum eius, & pleraque omnia, quæ illi euenerant, ac si semper affuisset: Memoriam præterea ab illis post Deos coli. Hinc de mirabili vnguento, quo vncti statim sudabant, deque terra saltante percusso baculo, vtque ipsi miraculosè eleuarentur è terra.
Cap. v. 121

Indorum sapientes scire omnia. Deósque esse, quicunque boni sint. Hinc de Achille, & Gange Rege longo decem cubitis, & formosissimo: qui postea transierit in Iarcham. Item quomodo Pythagoras Euphorbum se fuisse censuerit. Déque puero, qui olim Palamedes. Cap. vi. 124

Apollonium in alio corpore nauis fuisse gubernatorem: & quid tunc præclarè gesserit. Hinc Proteum in Pharao habuisse domum. Minoem præterea fingi à poetis iustitiæ administratorem esse apud inferos, licet crudelissimus omnium fuerit: contrà, Tantalum, qui humanus vir fuit & pius, siti & fame excruciari, lapide etiam ruituro supra caput eius appenso: tum de statua eiusdem simili phialam propinanti, cur ita.
Cap. vij. 128

Medorum regem ad sapientes profectum consilij gratia: Hinc inuitato eo ad cœnam, tripodas, ac fercula per se suo tempore accessisse ad discumbentes, & alia id genus visa.
Cap. viij. 132

Sapientes, cùm ad eos se contulit Apollonius, duodeuiginti fuisse. Deinde qualia sint, quæ non virtute, sed sorte eligantur. Item Medorum regi illius ætatis, viginti millia seruorum domi nata extitisse. Tum de Xerxe, & fuga eius ex Græcia.
Cap. ix. 136

De Tantali potione, ac poculo: qualísque Tantalus viuens erga homines fuerint.
Cap. x. 140

Ex quibus rebus compositus sit Mundus. Tum de quinto elemento, & quòd simul creata elementa fuerint, essèque mundum animal vtriusque generis. hinc naui Ægyptiæ omnium quàm maximæ mundi regimen comparatum. Gubernari verò mundum à Deo omnium creatore, atque à Diis, qui sub eo sunt. De peritia præterea linguæ Græcæ, & facundia, & vrbanitate Iarchæ. Dein quæstio terráne mari maior sit, an mare terra.
Cap. xi. 141

De puero formoso adamato, vexatóque à Dæmone, & de epistola à sapientibus ad Dæmonium, quo abiret à puero. Tum de Claudio, Lusco, & muliere abortum faciente liberatis. Quódque oua noctuæ si elixa comesa fuerint, abstemios faciant.
Cap. xij. 144

Apollonium de stellarum diuinatione libros quatuor conscripsisse: atque etiam de sacrificis. Inde an scientia diuinandi teneri ab humano queat ingenio, & qualis esse debeat, qui consequi eam voluerit: tum de septem annulis stellarum septem nominibus appellatis.
Cap. xiij. 147

Quale donum mortalibus medicina, atque vnde orta ea sit. Item an diuinandi scientia sit medico necessaria. Tum de Martichora animali: de aquis aureis, de lapide alios ad se trahente Pantaura nomine: de Pygmæis, & Sciapedibus, & Macrocephalis: & de auro, quod Gryphes effodiunt, & ipsis Gryphibus. De Phœnice aui, & Cygnis.
Cap. xiiij. 149

Apollonium apud ſapientes fuiſſe menſes quatuor: tum de pio eius diſceſſu: de ſimiis nigris: de mari rubro ab Erythra rege (ἐρυθρὸν verò rubrum.) De epiſtola eius ad Sapientes: de Hyphaſide, vrbe Patala. Quid de mari rubro ab Orthagora dictum. De Oſtreis maximis, in quibus Margarita lapis. De Pagadibus Oritarum regionis. De piſcedulis, qui Græcè ἐχθυοφάγοι de vrbe Stoberis. Cap. xv. 153

De Balaris vbi emporium, de Seleris ſacra inſula: de Nereide ſæua nautis, de margarita & belluis plurimis rubri maris, deque reditu ad Babylonem. Vtque in Antiochiam profectus, & contumeliis ibi affectus in Cyprum ad Paphum, vbi Veneris templum nauigauerit. Cap. xvi. 156

INDEX CAP. LIB. QVARTI.

Quanti omnes fecerint Apollonium in patriam reuerſum. Tum de legatis ad eum, & oratione ad Epheſios. Hinc quemadmodum voces paſſerum quorundam inter concionandum Epheſius interpretatus fuesit. Poſtea de peſtilentia, quæ inuaſit Epheſios. Cap. i. 158

Quid fecerit, reliquam circuiens Ioniam Apollonius, prædicando adhortandóque ad bene beatéque viuendum, & ad ſtudia bonarum artium. Dehinc Smyrnam vrbem omnium, quæ ſub Sole ſunt, pulcherrimam extitiſſe, necnon viris præclaris potius, quàm ædificiis vrbes ornare oportere. Diſſenſionem præterea, & diſcordiam pro bono reipub. plurimùm prodeſſe ciuitatibus. Cap. ij. 161

Miſſos ab Epheſiis ad Apollonium legatos pro ſedanda peſtilentia, & quonam modo liberati ab eo fuerint: hinc illum in Græciam profectum in templo Æſculapij ſomnia, qui eò venerant, interpretari edocuiſſe: deinde iuiſſe in Ilienſes, illorúmque doctrinam adeptum ad Achillis tumulum acceſsiſſe, noctémque inibi totam ſolùm fuiſſe. Cap. iij. 164

Antiſthenem Parium interdictum ſocietate Apollonij, iubente Achille. Tum autumno ſoluiſſe Troia Apollonium, eóque tempore perinfidum mare eſſe nauigantibus, hinc de ſepulchro & ſtatua Palamedis, in qua inſcriptum, ΘΕΙΩι ΠΑΛΑΜΗΔΕΙ. *& de reſponſis Orphei in Lesbo. Cap. iiij.* 167

Apollonio apparuiſſe Achillem, permiſiſséque, vt quinque tantùm quæ vellet, à ſe peteret. De Polyxena verò dixiſſe præ amore erga ſe ſponte ſua gladio illam incubuiſſe. Tum quare Homerus de Palamede non meminerit in poëmate: quódque ſapientiſsimi viri illius miſereretur. Senarius Iambicus ex Æſchyli Nioba Θφοῖς· ϑεὶ γὰρ πρὸς Θφοις θνητὰ δϑα. Prudentibus affinia inter ſe pleraque. *Tum quare Helenam iniuſtè Græci à Troianis petiuerint. Cap. v.* 170

De philoſophis inuentis in Phalero, & ſacris Epidauriis, déque Hierophanta Antiſtite, atque adoleſcente dæmoniaco ab Apollonio liberato. Cap. vi. 174

Bacchanalia, & muliebres Athenienſium ornatus reprehenſos ab Apollonio. Tum cur Athenienſium & venti ſocij, & Boreas præter ventos ceteros maſculus, affinis eſſe dicatur. Sublatos præterea ab Apollonio crudeles Indos: hinc pro Achille legatum eſſe ad Theſſalos congregatos in Pylea ad Amphictyona celebranda: deinde de Lacedæmoniis, qui pro patria occubuere, déque Arcanane Megiſtia. Cap. vij. 177

Viſitaſſe Apollonium omnia Græcorum delubra, vt Dodonæum, Pythicum, Am-

phiarai, Trophonij, Musarum in Helicone. Tum de portu Lechæo. Quídque de sectione Isthmi vaticinatus fuerit Apollonius, & quòd postea aggressus eam Nero, destiterit ab incœptis, & quare destiterit. Inde de Demetrio philosopho: de Phauorini orationibus. De Menippo quodam amanti vnam è Lamiis, quæ se in formosiss. mulieris corpus transformauerat: vtque ab Apollonio publicè liberatus fuerit. Cap. viij. 180

De Basso quodam, qui assiduè de Apollonio maledicebat, item de legatis Lacedæmoniorum increpitis. De statua & robore Milonis. De statuaria. Tum de iuuene, qui sibi doctus esse videbatur. Cap. ix. 184

De quibusnam rebus habitæ orationes fuerint ab Apollonio in Olympus. Tum quid à Laconicis sacerdotibus Lacedæmonem profectus interrogatus fuerit. Deinde quare infortunati habendi sint mercatores. Cap. x. 188

De epistola Imperatoris ad Lacedæmonios, & somnio Apollonij: & quòd in Cretam nauigarit. Hinc de Malea, Cydonia, Gnoso, Labyrintho, Minotauro, Cortina, Ida, templo Leuenæo, leone Rheæ matris, terræmotu ingenti: insula terræmotu exorta. Cap. xi. 191

Quòd Nero philosophiam oderit, Musoniúmque philosophum in carcerem coniecerit. Quódque Philolaus philosophus Romam fugiens, ne se conferret, Apollonium terrere conatus fuerit, & quid ille responderit. Tum Philolai sermone perterritos Apollonij discipulos octo exceptis abiisse, hortatúmque Apollonium, qui remanserant: multáque de Neronis locutum sceleribus. Cap. xij. 194

De Citharœdo carmina Neronis cantante coram Apollonio. Quídque cum Thelesino Cõsule, præfectóque sacerdotum, de sacris & Diis locutus fuerit Apollonius. Cap. xiij. 198

De Neronis gymnasio, & Demetrio philosopho expulso ab Vrbe iubente Tigillino: deque prodigiosa tempestate, quàm Græci διοσημίαν dicunt: tum quid de ea Apollonius præsagerit. Quódque fulmen è manu Neronis calicem iam ori admotum excusserit. Cap. xiiij. 201

Capitis defluxiones inuasisse Romanos, & ipsum Neronem. Inde accusatum Tigillino Apollonium: quódque ne vestigium quidem vllum literarum inuentum in pugillari, vbi inerat accusatio. Tum non ausum Tigillinum nocere Apollonio, ratum supra hominem illum esse. Cap. xv. 204

De puella ad vitam reuocata, vt Alceste ab Hercule: tum de epistolis, quas ad se miserunt Apollonius & Musonius: hinc de edicto Neronis, ne quisquam Romæ philosopharetur: discessissèque propterea Apollonium occidentem versus. Cap. xvi. 206

INDEX CAP. LIB. QVINTI.

De Columnis Herculis, & Abyla, & Calpe promontoriis: de causa accessus & recessus Oceani: tum quando animæ non deserant morientia corpora: hinc de Gadibus, de insulis fortunatis, de Arte Senectæ, artis, paupertatis: de Hercule Ægyptio, & Thebano, de Geryone. Græcos præterea esse, qui Gades incolunt. Deinde de arboribus sanguine manantibus. Cap. j. 209

De Bæti flumine, vnde Bætica regio. Inde de Nerone in Olympiis, Elienstbúsque ludis. Tum de Isthmi sectione. Cap. ij. 212

Ter in Olympiis vicisse Neronem nuntiatum Gaditanis. De Vindice & morte eius: déque vitiis Neronis. Galbam præterea, Othonem, Vitellium Thebanis regibus comparatos. Cap. iij. 215

Incantatores omnes esse miserrimos. Tum Siciliæ tricipitem natum infantem portendisse Galbam, Othonem, Vitellium, annum duntaxat regnaturos. Cap. iiij. 218

De Typhœo, & Ætna. tum de fabulis Æsopi, & poëtarum figmentis: quódque illa magis, quàm hæc accedunt ad sapientiam. Deinde vt Æsopus, cùm esset pastor fabularum componendarum peritiam adeptus fuerit. Cap. v. 220

An Gigantes cum Diis bella gesserint. Item cur montes ardeant. Tum de naui submersa, quam perituram prædixerat Apollonius: deque Musonio effodiente Isthmum. Cap. vi. 223

Apollonium non aspernatum fuisse meritas laudes. Deos præterea fauere philosophis. Tum de Colosso Rhodiensi, & Cano tibicine excellenti. Quidque facere possit musica. Cap. vij. 225

De adolescente Rhodio ædificante: deque alio adolescente edace. Item Theologiæ studiosos esse Ægyptios. Tum quemadmodum prædixerit Apollonius Pharionem quendam, cùm ad supplicium duceretur, non abscissum iri. Cap. viij. 229

Improbasse Apollonium Ægyptiorum ex animalibus sacrificia. Tum de hippodromo Alexandriæ, & Claudio Imperatore. Hinc, qua ætate hominis ingenium maximè vigeat. Item Vespasiano obuiam iuisse sacerdotes Aegyptios, honorificéque illis de Apollonio locutum Vespasianum. Cap. ix. 231

Quid Vespasianus cum Apollonio locutus fuerit, qualémque regem esse oporteat. Deinde quotum annum ætatis agens Imperium adeptus fuerit Vespasianus. Hinc de Vitellij sceleribus, & quid prædixerit Vespasiano Apollonius. Cap. x. 235

De Dione & Euphrate ad Vespasianum ab Apollonio intromissis. Hinc quid de Tiberio, Caio, Claudio, Nerone, Galba, Othone, Vitellio, Cæsaribus, Vespasianus dixerit. Tum Euphratem & Dionem suasisse Vespasiano, vt occuparet rempublicam Romanam libertatis cupidam. Cap. xi. 238

Apollonius multis rationibus confutasse Euphratis ac Dionis sententiam: deinde persuasisse Vespasiano vt imperium aggrederetur. Cap. xij. 243

Iussum à Vespasiano Apollonium, vt se, quomodo gubernandum sit regnum, doceret, multa illi documenta, præceptáque dedisse, nulli non regi accuratè seruanda. Cap. xiij. 246

Philosophiæ cùm de rerum natura præcipit, credendum esse: cùm verò de Diis, minimè. Vespasianum præterea optionem dedisse petendorum munerum Apollonio, Euphrati, Dioni. Tum epistolas tres ab Apollonio ad Vespasianum scriptas. Cap. xiiij. 249

De leone mansuetissimo, qui olim fuerat Amasis rex Aegypti: quódque cognitus ab Apollonio plorauerit. Item de oratione Olympica, quam Alexandriæ habuisse ad socios Apollonius dicitur: cùm esset reliquam visurus Aegyptum, iturúsque in Aethiopam ad gymnosophistas. Cap. xv. 253

INDEX CAP. LIB. SEXTI.

De Aethiopia & Nilo atque Indo fluminibus. Item de Pygmæis, & canicipitibus, quos Græci κυνοκεφάλους, *καὶ ὑλακτοῦντας ἔθνη appellant. De gryphibus Indiæ & formicis Aethiopiæ aurilegis. Hinc de permutatione mercium inter Aethiopas & Aegyptios: Quidque super ea re disputauerit Apollonius. Cap. i.* 257

De Timasione adolescente pulcherrimo adamato à nouerca, & quomodo id prædixerit.

Apollonius, tum de Hippolyto quædam. Cap. ij 259

De Memnone Auroræ filio & eius ſtatua loquente, falſumque eſſe illum vnquam iuiſſe ad Troiam, ſed regnaſſe ætates quinque in Aethiopia. Item de pœna quæ homicidæ afficiuntur in Aethiopia: quidque prædixerit de homicida quodam Apollonius. Cap. iij. 262

Peruenisse Apollonium ad Gymnoſophiſtas, & quam ob rem illis deſpectus fuerit. Cap. iij. 265

Theſpeſionis Gymnoſophiſtarum principis iuſſu vlmum arborem locutam Apollonio. Tum præcepta Theſpeſionis de frugalitate, & id genus ceteris. Item de prodici Hercule. Cap. v. 268

Apollonium longo ſermone Theſpeſioni Gymnoſophiſtarum principi contradixiſſe de Prodici Hercule, de Pythagoræ victu & ſilentio loquendo: Item de opinionibus ſibi à philoſophia propoſitis: quodque ſapientiam, ſpretis ceteris, elegerit. De Aeſchylo etiam tragico, & aliis & plurimis. Cap. vi. 272

Obſtupuiſſe Gymnoſophiſtas oratione Apollonij. Hinc de calumnia: & quales putandi ſint, qui calumniatores audiunt. Cap. vij. 281

Apollonium rogatum à Gymnoſophiſtis narraſſe diligenter quæcunque apud ſapientes Indos viderat: quæcũque Nilum iuniorem ex illis ad Apollonium diſcendi gratia acceſsiſſe. Cap. viij. 284

Deriſiſſe Apollonium coram Gymnoſophiſtis Ægyptiorum ſimulachra, petiiſséque ab eis quam ob cauſam tam ridiculas beſtiarum imagines colerent. Hinc de Deorum imaginibus apud Græcos, & quid phantaſia queat efficere. Cap. ix. 288

De flagellis Laconicis, vndeque ea orta conſuetudo fuerit. Item qua re peregrini non admittantur à Lacedæmonis lege lata à Lycurgo. Cap. x. 291

Quid de viro iuſto, & iuſtitia Apollonius cum Gymnoſophiſtarum principe Theſpeſione diſputauerit. Cap. xi. 295

Immortalem eſſe animum diſputandum à Gymnoſophiſtis & Apollonio. Hinc de cataduplis, hircoboue, aliiſque animalibus: deque Nomadibus, Elephantophagis, Naſomonibus, Androphagis, Pygmæis, Sciapodibus, Cataractis, atque ſtrepitu inenarrabili aquarum cadentium: item de altitudine verticis Nili, de Dæmone Nilum moderante, cuius Pindarus meminit. Cap. xij. 299

De Satyro prope catarrhactas Nili fœminas aggrediente, & quonam modo illum mitem manſuetúmque reddiderit Apollonius. Deque alterius Satyri habitu in Lemno. Cap. xiij. 302

De clade ingenti, qua Titus Hebræos affecit captis Hieroſolymis: faſſumque publice Titum ſuas ſe manus præbuiſſe Deo Hebræis irato, illiúſque, non ſua virtute fuiſſe victorem, & propterea noluiſſe coronam oblatam accipere. Quidque ſuper ea re ad illum ſcripſerit Apollonius. Tum de colloquio Titi cum Apollonio, deque morte Titi prædicta ab eo. Item de lepore piſce eſu pernicioſo, quo interiiſſe Titus dicitur. Cap. xiiij. 304

De epiſtola Apollonij ad Demetrium philoſophum: deque adoleſcente erudiendis auibus ſuas diuitias abſumente, atque perſuaſione Apollonij emendato. Cap. xv. 308

An olim Pactolus aureas arenas habuerit. An item arbores terra ſint antiquiores. Deque ingenti Antiochiæ terræmotu, atque de theſauro inuento in hortis. Cap. xvi. 312

De quodam qui Gnidiæ Veneris ſimulachri amore ardebat. Item de vrbibus Helleſponti terræmotu ab Apollonio liberatis. Tum de edicto Domitiani ne liceret eunuchos facere, & plantare vineas. Cap. xvij. 315

De adoleſcentulo rabiente à rabioſo cane demorſo: vtque vnà cum cane ab Apollonio ſana-

tus fuerit. Quódque in eum adolescentem Telephi Mysij anima transiuerit, & propterea eiusdem canis morsu sanari cum oportuisse, sicut ab Achille olim vulneratus nonnisi ab eodem sanari potuerit. Vnde Ouidius,

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hosti
Vulneris auxilium Pelias hasta fuit.

Deinde qua sanarire queat rabiosus. Cap. xviij. 327

INDEX CAP. LIB. SEPTIMI.

De philosophis, qui aduersus tyrannos fortiter se, ac præclarè gesserunt, vt Zenone, qui primus Dialecticen inuenisse dicitur, Platone, Pætone Rhegino, Heraclide, & Pythone, Callisthene Olynthio, Diogene Sinopensi, Cratete Thebano. Cap. i. 319

Zenonem, Platonem, Pætonem, Callisthenem, Diogenem, Cratetem inferiores fuisse Apollonio, rebus gestis aduersus tyrannos. Tum de Domitiano quædam. Quidque contra illum dixerit Apollonius. Cap. ij. 321

A ἀνδρὶ μηδὲν ὁμοίῳ. καὶ ἄλλως, πλείω χρόνῳ ἀποδημοῦντι τὸν εἰκότος, αἰσχύνεσθαι τοὺς οἰκοι φίλους ὑπερορᾶν δοκοῦντας· ἀπιβολεῖν δὲ τὸν βασιλέως φάσκοντος, καὶ ἀνελευθέρως ἤδη προσκαμόντος, βασιλεὺς, ἔφη, ταπεινότερον αὐτὸν περὶ ὧν αἰτεῖ διαλεγόμενος, ἐπιβουλεύει. προσελθὼν οὖν ὁ Ιαρχας, ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, B ἱερὸν οἶκον, ἀπάγων ἐνδεῆ ἄνδρα ἀφέλιμα. καὶ ἄλλως, τὸν προγιγνωσκόντων ἐστὶ ὢν, οἷδε τὴν ξυνουσίαν αὐτοῦ τὴν πρὸς σὲ, μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἑαυτοῦ ἐσομένην· ἴσως δὲ οὐδὲ αὐτῷ σοι χρησόν τι ἔξουσαν. ὁ μὲν δὴ κατῄει ἐς τὴν κώμην. ὁ μὲν γὰρ νόμος τῶν σοφῶν, οὐ ξυνεχώρει τῷ βασιλεῖ ξυνεῖναι σοφίαν C ὑπὲρ μίαν ἡμέραν. ὁ δὲ Ιαρχας πρὸς τὸν ἄγγελον, καὶ Δάμιν, εἶπε, τὸν δοῦρο ἀπορρήτων ἀξιοῦμεν, καὶ ἥκετω· τοὺς δὲ ἄλλων ὄχλου ἐν τῇ κώμῃ.

Ex quibus rebus compoſitus ſit Mundus. Tum de quinto elemento, & quòd ſimul creata elementa fuerint, eßéque mundum animal vtriuſque generis. hinc naui Ægyptiæ omnium quàm maximæ mundi regimen comparatum. Gubernari verò mundum à Deo omnium creatore, atque à Dijs, qui ſub eo ſunt. De peritia præterea linguæ Græcæ, & facundia, & vrbanitate Iarchæ. Dein quæſtio terráne mari maior ſit, an mare terra. CAP. XI.

EO abeunte, ſapientes vt conſueuerãt Apollonio circunfuſi, quæ vellet interrogãdi licentiã præbuere. Ille autem dictis obtemperans, quæſiuit quibus ex rebus hunc mundum eſſe compoſitũ opinarentur. Illi verò ex elemẽtis reſpõderunt. An igitur ex quatuor? inquit ille. minimè verò ex quatuor, inquit Iarchas, ſed ex quinq.

Ὡς δὲ ἀφίκετο, ξωιζήσαντες ὥσπερ εἰώθεσαν, ξωιεχώρουν τῷ Απολλωνίῳ ἐρωτᾶν· ἤρετό τε αὐτῶν ξυγκεῖσθαι τὸν κόσμον ἐκ ποίων ἠγοῦντο. οἱ δὲ ἔφασαν, ἐκ στοιχείων. μῶν, ἔφη, τεττάρων; οὐ τεττάρων, ἔφη ὁ Ιαρχας, ἀλλὰ πέντε.

καὶ τί ἂν, ἔφη, πέμπτῳ γένοιτο παρὰ τὸ ὕδωρ τε, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸ πῦρ; ὁ Ἀρχίας, εἶπεν, οὐκ ἀγνοεῖσθαι χρὴ γένεσιν θεῶν εἶναι. τὰ μὲν γὰρ τὸν ἀέρα ἕλκοντα, θνητὰ πάντα· τὰ δὲ τὸν αἰθέρα, ἀθάνατά τε, καὶ θεῖα. πάλιν ἤρετο ὁ Ἀπολλώνιος, τῶν στοιχείων πρότερον γένοιτο. ὁ δὲ Ἀρχίας, ὁμοῦ, ἔφη, πάντα· καὶ γὰρ ζῷον κατὰ μέρη οὐ τίκτεται. ζῷον ἔφη, ἡγῇ μοι κόσμον; ἔμοιγε, ὑγιῶς γε γιγνώσκεις. αὐτὸς γὰρ ζωογονεῖ πάντα. θέλω οὖν αὐτὸν καλῶμεν, ἢ τῆς θήλεός τε, καὶ ἀντικειμένης φύσεως; ἀμφοῖν, ἔφη. αὐτὸς γὰρ αὑτῷ ξυγκίρναται, τὰ μήτηρ τε, καὶ πατὴρ εἰς τὴν ζωογονίαν πρόθυμος· ἔρωτά τε ἑαυτοῦ ἴσχει θερμότερον, ἢ ἕτερον τε ἑτέρου· ὃς ἁρμόττει ἑαυτὸν, καὶ ξυνίστησιν· ἀπεικὸς τε οὐδὲν ἑαυτῷ ξυμφύεσθαι. καὶ ὥσπερ χερῶν τε, καὶ ποδῶν ἔργον πεποίηται ἡ τοῦ ζῴου κίνησις, καθ' ὅτιν αὐτῷ νοῦς, ὑφ' οὗ ὁρμᾶται, οὕτως ἡγούμεθα καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου, διὰ τὸν ἐκείνων νοῦν ἐπιτήδεια παρέχειν αὐτὰ τοῖς πεφυκόσι τε, καὶ νομιζομένοις πᾶσι. καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ ἐξ αὐχμῶν φοιτῶντα, καθ' ὃν ἐκείνου φοιτᾷ νοῦν· ἐπεὶ ἐκπεσοῦσα ἡ δίκη τῶν ἀνθρώπων, ἀτίμως θεράπῃ. ποιμαίνεται τε χερὶ οὐ μιᾷ τόδε τὸ ζῷον, ἀλλὰ πολλαῖς τε, καὶ ἀῤῥήτοις, αἷς χρῆται. ἀχαλίνωτον μὲν διὰ μέγεθος, εὐκόλως δὲ κινεῖται, καὶ εὐάγωγον. καὶ παράδειγμα μὲν οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἀρκέσῃ τῷ λόγῳ, μεῖζόν τε ὄντι,

A Quodnam igitur est quintum, inquit Apollonius? præter aquam enim, aërem, terram, atque ignem, quodnã quintum sit nescio. Æther est, inquit Iarchas, quem Deorum generationem oportet putare. Quæ enim aërem trahunt, mortalia sunt; quæ verò ætherem, immortalia atque diuina. Rursus interrogante Apollonio, quodnam elementorum prius factum esset, omnia simul facta esse respondit Iarchas. A- B nimal enim per partes non paritur. Animal igitur, inquit, putare debeo esse mundum? Certè, inquit Iarchas, si rectè sapis. Ipse enim animãtia cuncta producit. Fœminam igitur ipsum vocabimus; an masculæ & oppositæ naturæ? vtrunq., inquit Iarchas. Ipse enim sibi commistus patris, matrísq. vicem in animaliũ generatione supplet: amorémque sui ipsius continet maiorem, quàm alius vllus ad alium habeat, qui ipsum componit, C & constare facit; neque verò absurdum, alienúmve quicquam coalescere secum. Et sicut manuum, pedúmque operib. perficitur animalis motus, ménsque illi inest, à qua principium sumit actionum suarum: simili modo putamus, & mundi partes, propter mentem, quæ illi inest, inuicem conuenire omnibus, quæ producunt, producuntúrve. Morbi enim, qui ex siccitatibus D proueniunt, secundum eius mentem proficiscuntur: quandoquidem homines à iure discedentes debitis honoribus ipsam non colunt. Regitur autem huiusmodi animal, non vna manu, sed multis atque inenarrabilibus vtitur, & infrenabile propter magnitudinem existens: habenis tamen regitur, & moderatè deducitur. Quo autem exemplo sufficienter hoc possim ostendere nescio, cùm sit omnium longè maximum,

& noſtram exuperet cogitationem. Supponatur autem nauis ab Ægyptiis ædificata, quam in noſtrum mare deduxerunt, Indicæ *negotiationi* Ægyptiam opponentes. Cùm enim vetuſtum intercederet pactum de rubro mari, quod rex, qui illi mari dominabatur, contraxerat, ne quis Ægyptius longa naui mare rubrum ingrederetur, oneraria autem naui in eodem mari vna tantùm vti poſſet: nauigium facere cogitauerunt Ægyptij, quod multarum nauium vicem ſuppleret: ídque omnibus menſuris, quæ tantæ machinæ conueniebant, aptarunt; latera tabulatis intexentes, velíſque in altum maximè tendentibus illud ornantes: domunculáſque in eo complures tabulis circunſeptas inſtituerunt. Erant autem complures nauis eius gubernatores, ſub vno tamen, qui ceteros ætate, & nauigandi peritia præcedebat ordinati. Multi autem optimi, dexterrimíque nautæ, proræ præficiebantur. Plurimi etiam erant, qui malum optimè conſcendere, & vela, vtcunque opus eſſet, aptare nouerant. Erat inſuper ea nauis armis quibuſdam egregiè munita. Nam contra Barbaros, qui dexteram ſinus eius partem incolunt, præparare nauim opus erat, ne quando inuadentes, illam diriperent. Tale quid, & de hoc vniuerſo mundo exiſtimandum eſt, nauigij cuiuſdam inſtar ipſum conſiderando. Et prima quidem, ac perfectiſſima ſedes Deo tribuenda huius animalis genitori. Secunda verò Diis, qui eius partem gubernant: quo loco poëtas etiam debemus admittere, qui Deos complures in cœlo dicunt eſſe, multos etiam in mari, fluminibúſque ac fontibus. In terra præterea, ac ſub terra. Hos verò ſub

A κὴ πρόσω σύνοίας· ὑποκείσθω ὁ ναῦς, οἵαν Αἰγύπτιοι ξωνλεξάντες, ἐς πλὼ θαλάτταν τ ἠμεδαπὴν ἀφίασιν, ἀγωγίμων Ινδικῶν αὐτιδιδόντες Αἰγύπτιοι. ἐκμοδ γὰ παλαιὸς ἦν τ ἐρυθραὶ ὄντος, ὃν βασιλεὺς ἐρυθρᾶς σύθμισεν, ὅτε τῆς θαλάτης ἐκείνης ἦρχε, μακρῷ μὴ πλοίῳ μὴ ἐσπλεῖν ἐς αὐτ Αἰγυπτίους, σκοπὴν δ' αὖ μιᾶ νηὶ χρῆσθ, B σφίζονται πλοῖα Αἰγύπτιοι, πρὸς πολλὰ τῶν παρ' ἑτέροις· καὶ σκευαπλυσφόσαντες αὐτὸ ἁρμονίαις ὁπόσαι ναυῒ ξωνίσασι, τοίχοις τε ὑποφράντες, καὶ ἱστῷ, καὶ πτερύμνοι πλείους οἰκίας, οἵας ἐπὶ τῶν σκευμάτων· πολλοὶ μὲν κυβερνῆται τῆς νεὼς ταύτης ὑπὸ τῷ πρεσβυτάτῳ τε, καὶ σοφωτάτῳ πλέουσι· πολλοὶ δὲ κὴ πρῷραν ἔχοντες ἀρίστοί τε, C δεξιοὶ ναῦται, κὴ πρὸς ἱστία πιδῶντες. ἔστ δέ τι τῆς νεὼς ταύτης κὴ ὁπλιτεῖον. πρὸς γὰ τὸν Κολπίτας βαρβάρους, οἳ σὺν δεξιᾷ τὸ εἰσπλοῦ κεῖνται, σκευάζεσθαι δεῖ τὴν ναῦν, ὅτε λῃζοιντο αὐτὴν ἐπιπλέοντες. τοῦτο ἡγώμεθα καὶ περὶ τὸν δὲ τ κόσμον εἶναι, θεωροῦντες αὐτὸν πρὸς τὸ τ ναυπλίας χῆμα. τ μὲν γὰ δὴ πρώτιον, κὴ τελεωτάτην ἕδραν, ἀποδοτέον θεῷ γενέτορι τῶδε τ ζώου· τ δ' ὑπ' ἐκείνῃ, θεοῖς, οἳ τὰ μέρη αὐτοῦ κυβερνῶσι. κὴ τῷ τε ποιητῷ ἀποδεχόμεθα, ἐπεὶ πολλοὺς μὲν φάσκουσιν εἶναι τῷ οὐρανῷ θεούς, πολλοὺς δὲ σὺν θαλάτῃ, πολλοὺς δὲ σὺν πηγαῖς τε, καὶ νάμασι, πολλοὺς δ' ἐν γῇ. εἶναι δὲ καὶ ὑπὸ γῆν τινας. ὃ δὲ ὑπὸ

D

γλῶ τόπον, εἴπερ ὄστν, ἐπειδὴ φεικώδη αὖ τὸν, καὶ φθαρτικὸν ἄδδισιν, ἀποτάπωμθ τῆ κόσμου. ταῦτα τῆ Ινδοῦ διελθόντος, σκήπτεσθαι ὁ Δάμις ἑαυτῷ φησιν, ὑπ' ἐκπλήξεως, καὶ ἀναβοῆσαι μέγα, μὴ γὰ ἄν ποτε νομίσαι ἀνδρα Ινδον ἐς τοσόνδε ἐλάσαι γλώττης Ελλάδος, μήτι δὲ εἴπερ τι γλῶτταν ἠπίστατο, τοσῆδε εὐροίᾳ*, καὶ ὥρᾳ διελθεῖν ταῦτα. ἐπῄνει ὃ αὐτῷ καὶ βλέμμα, καὶ μειδίαμα, καὶ τὸ μὴ ἀθρεῖ δοκεῖν ἐκφέρειν τὰς δόξας. τόν τε Απολλώνιον εὐχερῶς τε, καὶ ἀφοβητὶ τοῖς λόγοις χρώμενον, ὅμως ὑπεδδωᾶι μᾶλλον Ινδὸν τὸν· ὅπου καθήμενος διαλέγοιτο, θαμὰ ὃ τοῦτο ἐθεᾶτο, ποιητοικέναι τῷ Ιάρχᾳ. ἐπαινεσάντων ὃ τὸν ἄλλων ποικίλῃ φωνῇ τὰ εἰρημένα, πάλιν ὁ Απολλώνιος ἤρετο, πότερα, γῆν ἢ θάλατταν μείζω ἡγοῖντο, ἢ γῆν ἢ θάλατταν. ὁ ὃ Ιάρχας, εἰ μὲν ποῖς γῆν θάλατταν, ἔφη, ἡ γῆ ὑπεραίροιτο, μείζων ἔσαι. γῆ γὰ θαλάττης αὐτὴ ἔχει. εἰ ὃ ποῖς πᾶσαν γῆν ὑγρὰν οὐσίαν θεωροῖτο, ἥττω γῆν ἐκείνου τὸ ὕδωρ φέρει.

A terra locum, si tamen est vllus, quoniam horrendum quendam, corruptúmque esse decantant, à reliquo mũdo secernamus. Dum talia loqueretur Iarchas: pene à mente propter stuporem se excidisse, atq; altius propter admirationẽ exclamasse scribit Damis: quòd nunquã putasset virum Indũ tam multùm literis Græcis proficere potuisse: minus verò, & si optimè linguã nosset, tam decorè, facundéq. cogitata proferre. Summis etiã laudibus extollit illius aspectum: risusque vrbanitatem, & quòd opiniones eiusmodi non *sine numine* videbatur afferre. Quinetiam Apollonium ipsum composita expolitáq; oratione vti solitum, aliquid tamen ab Indo adiumẽti sumpsisse refert, vt quotiescunq; sedens loqueretur (id autem frequenter eueniebat) in plerisq. similimus Iarchæ videbatur. Cùm omnes ea, quæ dicta fuerant, summis laudib. extollerent, rursum Apollonius interrogauit vtrũ maioris molis esse putarent, maréne, an terram. Tunc Iarchas, Si ad mediterraneum, inquit, tantùm mare comparabitur, haud obscurum est terram maiorem esse: ipsa enim est, quæ mare continet: sin de vniuersa humida substantia ratio habeatur, ipsam terram minorẽ profectò *pronunciaremus*. Aqua enim terram sustinet.

De puero formoso adamato, vexatóque à Damone, & de epistola à sapientibus ad Damonium, quo abiret à puero. Tum de Claudo, & Lusco, & muliere abortum faciente liberatis. Quódque oua noctua si elixa comesa fuerint, abstemios faciant.

CAP. XII.

ΜΕταξὺ ὃ τῶν λόγων τούτων, ἐφίσταται τοῖς σοφοῖς ὁ ἄγγελος, Ινδοὺς ἄγων σωτηρίας δεομένους· καὶ σὺν αὐτῇ γε μειράκιον ἐκεῖθεν ἱππεῦον, ὃν ἔφασκε ἑκκαίδεκα ἔτη γεγονέναι,

INterea nuntius ad sapientes accessit, Indos aliquot deducens, salutem exposcentes. aderat & mulierecula precans pro salute filij. Dicebat autem illum annos natum sexdecim, duos

duos iam annos à dæmone detineri, esseque dæmoni moris, vt ironia, mendaciisque plurimis vteretur. Interroganti autem è sapientibus vni, vnde ei tale cõtigisset infortunium: ita respondit mulier: Cùm is puer ceteris æqualibus formositate præstaret, dæmon quidam ipsius amore captus est, adeò vt nec illum mente sineret vti, neq. ad præceptores pergere, aut sagittariam artem, aliúmve ludum quempiam exercere: quinetiam nec domi esse permittebat, in campestres solitudines illum trahēs: propriæ quoque vocis vsu ablato, vocem grauem, qualem adulti iam ætate homines habent, illi tribuit. Respicit quoque, inquit, alienis potius, quam suis oculis. Ego igitur, ait mulier, his de causis me miseram crucians, & pectora lacerans, vt par est, ipsum monere, & quæ in rem suam essent, suadere conabar: ipse verò nec verbis parebat, nec meum sustinebat aspectũ. Cúmque me huc ad vos venturam esse dixissem, ídque iam anno elapso facere statuissem, dæmon quisnam esset manifestè cõfessus est, *dum* puero tanquã *interprete vteretur*: Aiebat autem se idolum esse hominis iamdudum in bello interfecti, qui vxorem suam vehementer amabat: sed quoniam vxor coniugij iure violato, triduò post eius mortem alteri nupsisset, summum erga mulieres odiũ concepisse, amorémq. omnẽ ad hunc puerum transtulisse. Pollicitus insuper est, si se apud vos non accusarem, multa bona filio meo daturum. quibus verbis persuasa aduentum hactenus distuli. Ipse verò tandiu me frustratus, domum meam solus habet, nihil veri, aut honesti loquens, nec sentiens. Tunc vnus è sapientibus, an prope esset puer, interrogauit. Quod cùm mulier negasset, affererétque

A δαιμονᾶν ὃ δύο ἔτη· τὸ δ' ἦθος τοῦ δαίμονος, εἴρωνα εἶναι, καὶ ψεύστην. ἐρομένου δέ τινος τῶν σοφῶν ὁπόθεν λέγοι ταῦτα· τοῦ παιδὸς τούτου, ἔφη, τὸ μὲν ὄψιν διαφερόντως ἑτέρων ὄντος, ὁ δαίμων ἐρᾷ, καὶ οὐ ξυγχωρεῖ ἄλλῳ νοῦν ἔχειν, οὐδὲ ἐς διδασκάλου βαδίσαι ἐᾷ, ἢ τοξότου, οὐδὲ οἴκοι εἶναι, ἀλλ' ἐς τὰ ἔρημα τῶν χωρίων συντρέπει. καὶ οὐδὲ τῇ φωνῇ ὁ παῖς τῇ ἑαυτοῦ ἔχρηται, ἀλλὰ βαρὺ φθέγγεται, καὶ κοῖλον, ὥσπερ οἱ ἄνδρες· βλέπει δὲ ἑτέροις ὀφθαλμοῖς μᾶλλον, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ. κἀγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις κλάω, καὶ ἐμαυτὴν δύπτω, καὶ νουθετῶ τὸν ὅσα εἰκός. ὁ δέ, οὐκ οἶδέ με. διανοουμένης δέ μου τὴν συνταῦθα ὁδὸν, τοὐπὶ τὸ πέρυσι διενοήθην, ἐξηγόρευσεν ὁ δαίμων ἑαυτὸν, ὑποκειτὴ χρωμένου τῷ παιδί. καὶ δῆτα ἔλεγεν εἶναι μὲν εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, ἀποθανεῖν δὲ, ἐρῶν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός· ἐπεὶ δὲ ἡ γυνὴ θεὶς τὸν δυνεῖν ὤφελεν, τελευτήσου κειμένου γαμηθεῖσα ἑτέρῳ, μισῆσαι μὲν τὸν τούτου τῆς γυναικὸς ἔρωτα, μεταῤῥυῆναι δὲ ἐς τὸν παῖδα τοῦτον· ὑπισχνεῖτο δὲ εἰ μὴ διαβάλλοιμι αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς, δώσειν τῷ παιδὶ πολλὰ καλὰ, καὶ ἀγαθά. ἐγὼ μὲν δὴ ἔπαθόν τι πρὸς ταῦτα. ὁ δὲ, διὰ μὲν πολλοῦ ἤδη χρόνου, καὶ τὸν ἐμὸν οἶκον ἔχει μόνον, οὐδὲν μέτεισι, οὐδὲ ἀληθὲς φρονῶν· ἤρετο οὖν ὁ σοφὸς πάλιν εἰ πλησίον εἴη ὁ παῖς. ἡ δὲ, οὐκ, ἔφη. πολλὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ

ἀφικέσθαι αὐτὸν πρὸς ἑαυτόν. ὁδὶ ἀπειλεῖ κρημνούς, καὶ βάραθρα, καὶ ἀποκτενεῖ μου τὸν υἱόν, εἰ δικαζοίμην αὐτῷ δόλου. θάρσει, ἔφη ὁ σοφός· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖ αὐτόν. δύσνοις ταῦτα, καὶ τινα ἐπιστολὴν ἀναπτύσας τῷ κόλπῳ*. ἔδωκε τῇ γυναικί. ἐπέστελλε δὲ ἄρα ἡ ἐπιστολὴ πρὸς τὸ εἴδωλον ξιφήρη, καὶ σπλήξει. καὶ μὲν καὶ χωλόν τις ἀφίκετο, γεγονὼς μὲν ἤδη τεσσαράκοντα ἔτη· λεόντων δὲ θηρατὴς δεινός. ἐμπεπτωκότος δὲ αὐτῷ λέοντος, ὠλισθήκει τὸν γλουτὸν, καὶ τὸ σκέλος ἑτέρως εἶχεν· ἀλλ' αἱ χεῖρες αὐτὸ καταψῶσαι τὸν γλουτὸν, ἐς ὀρθὸν τὸ βάδισμα τὸν νεανίαν ἦλθε. καὶ ὀφθαλμῷ δέ τις ἐξερρυηκὼς, ἀπῆλθε, παῦν ἔχων τὸ σὺν αὐτοῖς φῶς· καὶ ἄλλῳ πλὴν χεῖρα ἀδρανὴς ὢν, ἐγκρατὴς ὤχετο. γυνὴ δέ τις ἑπτὰ ἤδη γαστέρας δυσκοδσα, δεομένου ὑπὲρ αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς, ὧδε ἰάθη. τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν, ὑπὲρ τίκτειν ἡ γυνὴ, λαγὼν ὑπὸ κόλπου ζῶντα ἐσφέρεσθαι οὗ τίκτει· καὶ προελθόντα αὐτίκα, ἀφεῖναι ὁμοῦ τῷ λαγῷ· συνεκδιώκειν γὰρ αὐτῷ ἂν τῷ ἐμβρύῳ πλὴν μήτραν, εἰ μὴ ὁ λαγὼς αὐτίκα ἐξενεχθεὶς θύραζε. παῖδες δὲ αὖ τινι εἰπόντες ὡς γένοιντο μὲν αὐτῷ παῖδες, ἀποθανοῦσιν δὲ ὁμοῦ τῷ ἕλξασθαι οἶνον πίνειν, ὑπολαβὼν, εἶπεν ὁ Ἰαρχας, καὶ βελτίους ἀποθανόντες ἐγγύοντο· οὐ γὰρ ἂν διέφυγον τὸ μὴ μανῆναι, θερμοτέρων ὡς φαίνεται σπερμάτων φυέντες. οἶνον μὲν οὖν ἀφεκτέον τοῖς ἐξ ὑμῶν,

* κ. μοι τ.

* κ. τῇ κόλπου

A se vt illuc filium perduceret, laborasse, dæmonem verò præcipitia, barathráque daturum, & filium interfecturum minatum esse, si se huc iudicandum adducerem. Tunc sapiens, Confide, inquit, non enim ipsum interficiet, si hæc legerit: & simul epistolam è sinu detractã mulieri dedit. Scribebatur enim epistola ad idolum ipsum, minas, terrorémque illi nuntians, nisi inuiolatum adolescentem dimitteret. Alius præterea claudus eodem venit, annos ferè na-
B tus triginta. Erat autem leonum venator acerrimus: cúmq. ingens leo ei venanti occurrisset, *quod in coxarũ vertebris globosum est*, dissoluit, atque ita crus femúrque in alteram partem distorsit. Verùm illi manibus perfricantes, detorquentésque ita direxerunt, vt adolescens rectè gradiens inde discederet. Alius verò oculorum altero captus, vtroque videndi potentia recepta abiit. Alius item
C manu altera mãcus, libero ipsius vsu restituto discessit. Mulier autem, quæ septies abortiuum fœtum summa cum difficultate, periculóque enixa fuerat, hoc modo sanata est. Iussérunt enim sapientes mulieris eius virum, cùm pariendi tempus adesset, viuum leporem in sinu occultatum, eò deferre vbi paritura mulier esset: inde cùm sæpius circa mulierem deambulasset, repente leporem
D è sinu dimittere: fore enim dicebant, vt simul embryonem vulua dimitteret, nisi lepus repente extra fores aufugisset. Patri verò querenti filios quidem sibi nasci, sed cùm primum bibere vinum cœpissent, omnes mori: sic respondit Iarchas, melius cum illis agi, quòd moriantur. Si enim superstites essent, omnes esse euasuros insanos, quòd ex semine, vt appareret, *fernidiore* procreati essent. Vino igitur abstinendum est filiis vestris,

ita vt ne cupiditate quidem ipsius moueantur. Si qui igitur *tibi* posthac filij nascentur (vnus autem septimo ab hoc die, vt video, natus est) obseruare oportet, vbi noctua nidum faciat, & illius oua mediocriter elixata infanti comedenda præbere. Si enim illa comederit, vinum oderit, & modestius deget, quia temperatior fiet naturalis calor. Hæc Damis Apolloniúsque *auscultantes*, ob eximiam circa res omnes illorum sapientiam obstupebant, multáque quotidie illos interrogabant; cùm sapientes ipsi ab eisdem quoque plurima sciscitarentur: atque eo pacto mutua disputandi voluptate fruebantur.

A ὡς ὁ *μηδὲ ἐς ἐπιθυμίαν ποτὲ οἴνου καταξαῖεν. εἰ οὖν σοι πάλιν παιδίον γένοιτο, γένοιτο δ' ἑβδόμῳ ἡμέρᾳ, ὡς ὁρᾷς, τῇ γλαῦκα ὄρνιν χρὴ ἐπιφυλάττειν οὐ νεοττιᾷ· καὶ τὰ ὠὰ σώσαντα, δοῦναι μασσᾶσθαι τῷ βρέφει, συμμέτρως ἕψοντας. εἰ γὰρ φάγοιτό τι τούτων πρὶν οἴνου γεύσεται, μᾶσσον αὐτῷ ποθὸς B οἶνον ἐμφύσεται, καὶ σωφρονέστατα διαιτήσεται, μόνου ξυγκεκραμένου τοῦ ἐν τῇ φύσει θερμοῦ. τούτων οὖν ἐμπιπλάμενοι, καὶ τοὺς ἄνδρας σοφίας πιμπλάμενοι τῆς ἐς πάντα σοφίας, παμπόλλους ὁσημέραι λόγους ἤροντο· πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ ἠρώτων· τὸ μὲν οὖν διαλεκτικῆς ξυνουσίας, ἄμφω μετεῖχον.

Apollonium de stellarum diuinatione libros quatuor conscripsisse: atque etiam de sacrificiis. Inde an scientia diuinandi teneri ab humano queat ingenio, & qualis esse debeat, qui consequi eam voluerit: tum de septem annulis stellarum septem nominibus appellatis. CAP. XIII.

VERVM arcanas libationes, per quas astrologicam facultatem & diuinandi peritiam inquirebant, sacrorum præterea rationem, & inuocationum, quas diis gratissimas esse nouerant; Iarcham cum solo Apollonio communicasse refert Damis: ita vt inde digressus Apollonius de astrologica diuinatione libros quatuor scripserit, quorum D Miragenes meminit. Scripsit etiam de sacrificiis libros, quo pacto singulis Diis sacrificandum sit: quæue sacra talibus Diis sint acceptissima. Sed ego astrorum scientiam, atque à Deo diuinandi artem omnem humanæ naturæ metas excedere puto: & vtrum quispiam verè ipsam nouerit, nescio. De sacrificiis autem faciendis multa scripta

ΤΑΣ δὲ ἀπορρήτους σπονδὰς, αἷς ἀσφαλῶς, ἢ μαντείαν κατανοῆσαι, καὶ ἃ θεόγνωσιν ἐσπούδαζον, θυσιῶν τε ἥπτονται, καὶ κλήσεων, αἷς θεοὶ χαίρουσι. μόνον φωνῶ ὁ Δάμις τ' Ἀπολλωνίῳ ξυμφιλοσοφεῖν τῷ Ἰαρχᾷ, καὶ ξυγγράψαι μὲν ἐπεῖθεν περὶ μαντείας ἀστέρων βίβλους τέτταρας, ὧν καὶ Μιραγένης ἐπεμνήσθη. ξυγγράψαι δὲ περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς αἷς ἑκάστῳ θεῷ πρόσφορος τε, καὶ κεχαρισμένως θύοι. τὰ μὲν δὴ ἄστρων, καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν πᾶσαν, ὑπὲρ τὴν *ἀνθρωπίνην ἡγοῦμαι φύσιν· καὶ οὐδ' εἰ κέκτηταί τις οἶδα. τὸ δὲ περὶ θυσιῶν, ἐν πολλοῖς

*ὡστε μὴ.

*ἀνθρωπίνην

ἱεροῖς εὗρον, ἐν πολλαῖς δ' πόλεσι, πολ- A
λοῖς δ' ἀνδρῶν σοφῶν οἴκοις. καὶ τί ἂν
λέγειν ἐρμηνεύοι αὐτὰ, σεμνῶς ξυντεταγ-
μένον, καὶ κατὰ τί ἡδὺ ἀνδρός; φησὶ
δ' ὁ Δάμις καὶ δακτυλίους ἑπτὰ τῷ Ἰαρ-
χαν τῷ Ἀπολλωνίῳ δοῦναι, τοῖς ἑπτὰ
ἐπωνύμοις ἀστέρων, οὓς φορεῖν τὸν Α-
πολλώνιον κατὰ σφᾶς τὰ ὀνόματα
τῶν ἡμερῶν. σοφὸν δ' σοφογνώσεως λό- B
γον αὐτοῖς ποτε ὄντος, καὶ τοῦ Ἀπολλω-
νίου σοφοκράτους τῇ σοφίᾳ ταύτῃ,
καὶ τὰς πλείους τοῖς διαλέξεων ἐς τοῦτο
ξυντείνοντος, ἐπαινῶν αὐτὸν ὁ Ἰαρχας,
ὦ μαντικὴ, ἔφη, χαίροντες, ὦ χρηστὲ
Ἀπολλώνιε, θεῖοί τε ὑπ' αὐτῆς γίγνονται,
καὶ σοφοὶ σωτηρίαν ἀνθρώπου σοφάτ-
τουσι. τὸ γὰρ ἃ χρὴ ἐς θεοῦ ἀφικόμενον
εὑρέσθαι, ταῦτα ἂν, ὦ χρηστὲ, ἐφ' ἑαυτοῦ
σοφὸν δέσθαι προφθεῖναι τ' ἑτέροις ἃ μήπω C
ἴσασι, πανολβίου μοι δοκῶ, καὶ ταῦτ'
ἰσχύοντος τῷ Ἀπόλλωνι Δελφικῷ. ἐπεὶ
δὴ δ' ἡ τέχνη τοὺς ἐς θεοῦ φοιτῶντας πρὸ
τοῦ χρήσασθαι, καθαροὺς κελεύει βα-
δίζοντας φοιτᾶν, ἢ ἐξιέναι δεῖ νεὼ σοφὸς
αὐτοῦ ἐρεῖν· δοκεῖ μοι καὶ σοφο-
γνωσόμενον ἄνδρα ὑγιῶς ἑαυτοῦ ἔχειν,
καὶ μήτε κηλῖδα σοφομεμάχθαι τῇ
ψυχῇ μηδεμίαν, μήτε οὐλὰς ἁμάρ- D
τημάτων σύντετυπῶσθαι τῇ γνώμῃ. κα-
θαρῶς δ' αὐτοῦ σοφητεύειν ἑαυτοῦ,
καὶ τοῦτο σοφεῖ τῷ στέρνῳ τρίποδος ξυ-
νιέντος· μεγαλόφρον γὰρ οὕτω, καὶ ἀλη-
θέστερον τὰ λόγια ἐκδώσει. ὅθεν οὐ χρὴ
θαυμάζειν, εἰ καὶ σὺ τῷ Δημοκρίτῳ
ξυνείληφας, τοσοῦτον σὺν τῇ ψυχῇ
φέροντα αἰθέρα· καὶ χαλεπαίνομεν
ἅμα σοὶ τῷ Δάμιν, σὺ δ' οὐδὲν, ἔφη, σοφογνώσεις Ἀσσύριε· καὶ ταῦτα,

in plerisque templis inueni, nec non publicè in ciuitatibus aliquot, & in sapientum virorum priuatis domib. inueni. Verùm quis ea certò posset interpretari, quæ summa cum *grauitate*, facundiáq. à sapiente viro scripta sunt? Scribit præterea Damis Iarcham septē annullos Apollonio dedisse, stellarum septem nominibus cognominatos, quorū singulos diebus singulis gestabat Apollonius, iuxta dierū nomina illos distinguens. Cùm autem de rerum præcognitione frequens inter eos sermo haberetur, & Apollonius tali sapientiæ præcipuè studeret, & disputationū pleraque ad ipsam retorqueret, laudans eum Iarchas dixit: Qui diuinandi peritia gaudent, optime Apolloni, diuini quidem ob ipsam euadunt, & ad vtilitatē hominum plurimum conferūt. Qui enim ea, quæ aliis opus est à Diis exquirere, hæc *apud se præuidere*, *&* ceteris ignorātib. prædicare possit, hunc ego feliciſſimum puto, cùm tandem quantum Apollo Delphicus in hac re possit efficere. Sed quoniam ars iubet eos, qui ad oracula petenda proficiscuntur, puros mundósq. accedere, alioquin de templo eiici præcipit, videtur mihi multò magis virū, qui præscire futura voluerit, castè, sāctéq. dispositum esse oportere, ita vt nullius sordis macula animā eius inquinet, nullāq. delictorū cicatrices mēti impressas gerat, vt purè de seipso primùm, & de eo, quē in pectore gestat tripode vaticinari possit. Sic enim *vocaliora*, verioráque dabit responsa. Quapropter mirari nemo debet, si hanc scientiam tu consecutus es, cùm tantùm ætheris in anima geras. Posthæc Damidi quoque gratificari volens, num tu etiam, inquit, aliqua prænoscis Assyriæ, præsertim cū

tali viro tam frequenter versatus? Per Iouem, inquit Damis, quæ mihi necessaria sunt prænosco. nam cùm primò Apollonio huic occurri, quia sapientia plenus visus est: eloquentiam insuper, ac temperantiam, tolerantiámque decentem, & memoriam multam in eo conspexi: & quanquam multis scientiis referrum, discendi tamen cupiditate flagrantem, diuinum nescio quid mihi obtigisse putaui. Itaque illum secutus ex ignorante sapiens, ex barbaro eruditus euasisse mihi videor: ac deinceps in eius societate perseuerans Indos primò, ac tandem vos vidi, & Græcis commistus ipse pene effectus sum Græcus. Et quoniam scientia vestra de rebus maximis considerat, quasi Delphicum, aut Dodonæum, aut aliud quodcunque vultis oraculum, illam putate: meam verò (quoniam quæ mihi tantùm vtilia sunt prænosco) tanquam præstigiatricis cuiusdam aniculæ prudentiâ existimate: quoniam & ipsa de pecudibus, & aliis huiusmodi vaticinari aliquid potest. Ad hæc verba sapientes omnes risere.

A Ξυνὼν ἀνδρὶ τοιούτῳ. νὴ Δί', εἶπε, τά γε ἐμαυτῷ ἀναγκαῖα. ἐπειδὴ γὰρ πρώτῳ συνέτυχον τῷ Ἀπολλωνίῳ τούτῳ, καὶ σοφίας μοι ἔδοξε πλέως, δεινότητός τε, καὶ σωφροσύνης, καὶ τοῦ καρτερεῖν ὀρθῶς. ἐπεὶ ὃ καὶ μνημοσύνῃ σὺν αὐτῷ εἶδον, πολυμαθέστατόν τ', καὶ φιλομαθίας ἥπτω, δαιμόνιόν τί μοι ἐγγύθεν καὶ ξυσκευόμενον
B αὐτῷ, σοφὸς μὲν ὠήθην δόξειν ἐξ ἰδιώτου τε, καὶ ἀσόφου, πεπαιδευμένος δὲ σὺν βαρβάρων. ἑπόμενον δ' αὐτῷ, καὶ ξυναπουδάζων ὤφελε μὲν Ἰνδοὺς, ὤφελαι δ' ὑμᾶς, Ἕλλησί τε ἐπιμίξαν Ἕλλων τὸν αὐτὸν γιγόμενον, τὰ μὲν δὴ ὑμέτερα πρὸς μεγάλων ὄντα, Δελφοὺς ἡγεῖσθε, καὶ Δωδώνην, καὶ ὅ, τι βούλεσθε. τἀμὰ δέ, ἐπειδὴ Δάμις μὲν ὁ προγινώσκων
C αὐτὰ, προγινώσκει δ' ὑπὲρ αὐτὸν μόνα, χρεὼν ἔστω ἀγυρτείας, μαντευομένης ὑπὲρ προβάτων, καὶ τῶν τοιούτων. ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ ἐγέλασαν οἱ σοφοὶ πάντες.

Quale donum mortalibus medicina, atque vnde orta ea sit. Item an diuinandi scientia sit medico necessaria. Tum de Martichora animali: de aquis aureis, de lapide alios ad se trahente Pantaura nomine: de Pygmæis, & Sciapedibus, & Macrocephalis: & de auro, quod Gryphes effodiunt, & ipsis Gryphibus. De Phœnice aui, & Cygnis. CAP. XIIII.

SEDATO autem risu Iarchas de diuinatione sermonem prosecutus, multa bona erga homines illam efficere dixit. Inter quæ præcipuum est medicinæ donum. Non enim, inquit, ij, qui sapientes in hac arte habiti sunt, Æsculapij filij tam multùm profecissent, nisi

Κατασχὼν δὲ τοῦ γέλωτος, ἐπανήγαγεν ὁ Ἰαρχας ἐς τὸ περὶ μαντικῆς λόγον· καὶ πολλὰ μὲν αὐτῷ ἀγαθὰ ἔλεγε τοῦτο ἀνθρώποις εἰργάζεσθαι, μέγιστον δὲ τὸ τῆς ἰατρικῆς δῶρον. οὐ γὰρ ἄν ποτε τοῦτο σοφοὶ Ἀσκληπιάδαι ἐς τοσόνδε τούτου παρῆλθεν, εἰ μὴ

παῖς Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς γνώμῃ, καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου φήμας τε, καὶ μαντείας ξυνθεὶς τὰ ὠφέλιμα τοῖς νόσοις φάρμακα, παισί τε ἑαυτοῦ παρέδωκε, καὶ τοὺς ξυνόντας ἐδίδαξε, τίνας μὲν δεῖ ποτίσαι πόας ὑγροῖς ἕλκεσι, τίνας δὲ αὐχμηροῖς, καὶ ξηροῖς, ξυμμετρίας, τίνα δὲ πομμῶν φαρμάκων, ἀφ' ὧν ὑδέρωσι διοχετεύονται*, καὶ αἷμα ἴσχεται, φθοαὶ τε παύονται, καὶ τὰ οὐτωκοῖλα, καὶ τὰ τῶν ἰοβόλων* ἄκη· καὶ τοὺς ἰοβόλοις αὐτοῖς ἐς πολλὰ τῶν νοσημάτων χρῆσθαι· τίς ἀφαιρήσεται τὴν μαντικήν; οὐ γάρ μοι δοκοῦσιν αὖθις τοσαύτην ἐπιγνῶσκοντες αὐτοῖς σοφίας, θαρρῆσαί ποτε αὐθέντοι τὰ πάντων ὀλεθριώτατα φαρμάκων ἐγκαταμίξαι τοῖς σώζουσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος ἀναγέγραπται τῷ Δάμιδι, ἀπούσασθαι ἐκεῖ χρὴ τὸν ἐν Ἰνδοῖς μυθολογουμένων, θηρίων τε, καὶ πηγῶν, καὶ ἀνθρώπων, μήσε ἐμοὶ παραλειπέσθω. καὶ γὰρ κέρδος εἴη, μήτε πιστεύειν, μήτε ἀπιστεῖν πᾶσιν. ἤρετο γοῦν δὴ ὁ Ἀπολλώνιος, ἔστι τὸ ζῷον ἐνταῦθα Μαρτιχόρας*; ὁ δὲ Ἰάρχας, καὶ πόθεν, ἔφη, φύσιν τοῦ ζώου τούτου ἤκουσας; εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ εἰδόσι αὐτὸ διαλέγεσθαι*· λέγεται γάρ, εἶπε, μεγάλα, καὶ ἄπιστα· τετράποδα μὲν γὰρ εἶναι αὐτό, τὴν κεφαλὴν δὲ ἀνθρώπου εἰκάσθαι*. λέοντι δὲ ὁμοιοῦσθαι τὸ μέγεθος· τὴν δὲ οὐρὰν τοῦ θηρίου τούτου πηχυαίας ἀφιέναι καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας, ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας αὐτό.

A Apollinis filius Æsculapius, iuxtà patris vaticinia morbis proficua remedia composuisset: quæ ille deinceps filios docens, atque illi nepotibus, posterísque tradentes, amicis tandem, familiaribúsque eadem demonstrarunt. Hinc itaque medicinæ orta est disciplina, inuentúmque quales humidis vlceribus, qualésque siccis, aridísque oporteat adhibere: potiones insuper medicamentorum miscere: quib. hydropici sanentur, sanguinis fluxus sistatur, quo pacto varia apostemata curentur, & illati à serpētibus veneni dolor sedetur. quin venenis ipsis ad multas ægritudines salubriter vti didicere: quam peritiam quî diuinationi auferre audeat nescio. Neque enim rationi consentaneum videtur sine præcognitione quadam ausos vnquam aliquos fuisse tam perniciosa venena proficuis medicamentis admiscere. Et quoniam sermo illic, non ioco, sed serio habitus de fabulosis ferarum, hominúmque, & fontium monstris, quæ sunt apud Indos, inscribitur, hunc quoque mihi posthabendum non putaui. Est enim lucrum aliquod neque omnibus auditis fidem adhibere, nec omnia rursus tanquam impossibilia aspernari. Interrogauit itaque Apollonius, an apud ipsos inueniretur animal Martichora nuncupatum. Tunc Iarchas: Num, inquit, animalis huius quam dicant esse naturam audisti? (conueniens est enim & de ipsius figura aliquid dicere.) Dicuntur, inquit, magna & inincredibilia. Quadrupedem enim hanc belluam esse ferunt, eiúsque caput humano capiti assimilari, magnitudine verò leonem æquare: habere autem in cauda setas cubitales spinarum instar, quas contra persequentes sagittarum modo iaculetur.

Interrogauit præterea de aqua auri, quæ ex fontibus quibuſdam manare perhibetur, & de lapide, qui vim talem, qualē habet magnes, habere dicitur. tum de hominibus, qui ſub terra dicuntur habitare: ſimiliter & de Pygmæis, & iis qui pedum plantis ſibi ipſis vmbras contra ſolem parant. Ad hæc omnia reſpondens Iarchas: De animalibus, inquit, aut plantis, fontibúſve, quos huc veniens ipſe vidiſti, tibi aliquid narrare ſuperuacuum eſt. Tuum eſt enim aliis ea referre. Feram verò ſagittantem, aut fontes aureis aquis manantes, ego in his locis eſſe nunquam audiui. De lapillo autem qui cæteros lapides ad ſe trahit, cauſa non eſt, quin credamus. Poteris enim ipſum videre lapidem, & quæ in eo ſunt cuncta mirari. Primò autem ſumma eius magnitudo, pollicē demonſtrans, huius digiti vnguē adæquat, inquit. gignitur verò in concauis terræ profunditate paſſum quatuor. Tantùm verò ipſi ſpiritus ineſt, vt intumeſcat & plerunq. ſcindatur terra, vbi eiuſmodi lapis concipitur. Inquirere autem ipſum nemini licet: aufugit enim niſi ſumma cum ratione trahatur, ſoli autem nos partim dicentes, partim etiā aliqua faciēte inuenire Pantaruam poſſumus (id enim huic lapidi nomen eſt) qui noctu diem velut ignis oſtendit, quoniam igneus eſt, ac radioſus: ſin verò poſt diem aſpiciatur, innumeris rutilationibus oculos ferit. Id autem, quod in ipſo lumen fulget, ſpiritus eſt potentiæ admirabilis. Quicquid enim propè eſt, ſibi conciliat. quòd autem dico propè iacentes lapides ipſum congregare? cùm liceat petras quotcunque velis alicubi demergere, aut in mari, aut in fluuio, & illas non propè ad inuicem, ſed ſparſim, vtcunque

A ἐρομένῳ ὃ αὖ κὴ φθεὶς χρυσοῦ ὕδατος, ὃ φασιν σὺ πηγῆς βλύζειν, κὴ φθεὶ τὸ ψήφου τὸ ἄπρ᾽ ἡ μαγνῆτις ποιεῖσθαι, κ. φορητ-τούσης. ἀνθρώπων τε ὑπὸ γῆν οἰκουμένων, κὴ Πυγμαίων αὖ, & σκιαποδῶν. ὑπολαβὼν ὁ Ιαρχας, φθεὶ μὲν ζώων, ἢ φυτῶν, εἶπεν, ἢ πηγῶν, ὧν αὐτὸς σὺ παῦθ᾽ ἥκων εἶδες, τί ἂν σοι λέγοιμι; σὸν γὰρ ἤδη νῦν ἐξηγεῖσθαι αὐτὰ ἑτέροις.
B σημεῖον δὲ τοξεῦον, ἢ χρυσοῦ πηγὰς ὕδατος, οὔπω σὺ παῦθ᾽ ἥκουσα. φθεὶ μέν σοι τὸ ψήφου τὸ ἁπτομένης τε, κὴ ξωσθούσης ἑαυτῇ λίθους ἑτέρας, οὐ χρὴ ἀπιστεῖν· ἔστι γάρ σοι κὴ ἰδεῖν τὸν λίθον, κὴ θαυμάσαι τὰ σὺν αὐτῷ πάντα. γίγνεται μὲν γὰρ ἡ μεγίστη κατ᾽ ὄνυχα δακτύλου τούτου, δείξας Ⓜ ἑαυτῷ ἀντίχερα· κοίλη δὲ σὺν γῇ κοίλη· βάθος, ὀργυιαὶ τέτταρες. τοσοῦτον δὲ
C αὐτῷ φθέγεται τὸ πνεῦμα ζῆν, ὡς ἱκανοῖδεῖν τὸν γῆν, κὴ κατ᾽ τὰ πολλὰ ῥήγνυσθαι, κοίσκομένης σὺν αὐτῷ τοῦ λίθου· μαστεῦσαι δ᾽ αὐτὸν οὐδενὶ ἔξεστιν· ἀποδιδράσκει γάρ, εἰ μὴ μετὰ λόγου ἀναπαύσεις· ἀλλ᾽ ἡμεῖς μόνοι, τὰ μὲν δράσαντες, τὰ δὲ, εἰπόντες, ἀναιρούμεθα τὸν Παντάρβιον· ὄνομα γὰρ αὐτῷ τοῦτο. νύκτωρ μὲν οὖν ἡμέρᾳ ἀναφαίνει καθάπερ τὸ πῦρ· ἔστι γὰρ πυρώδης, κὴ ἀκτινώδης. εἰ δὲ μὴ ἡμέραν ὁρῷτο, βάλλει σοὶ ὀφθαλμοὺς μαρμαρυγαῖς μυρίαις. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ φῶς, πνεῦμά ἐστιν ἀρρήτου ἰσχύος· πᾶν γὰρ τὸ ἐπὶς εἰσοῖσει αὐτῷ. τί λέγω τὸ ἐπὶς; ἔστι σοι λίθους ὁπόσας βάλῃ καταποντῶσαί σοι, ἢ τοῦ ποταμοῦ, ἢ τῆς θαλάττης, & μηδὲ ἐπὶς ἄλλήλων, ἀλλὰ διαφόρους, καὶ ὡς

ἔτυχεν. ἡ δὲ, ἐς αὐτὰς καθιμηθεῖσα, ξύλλεγεται πάσας τῇ τῆς πνοῦμαλος διαδοσι· ☾ ὑποκείσονται αὐτῇ βόρυδον οἱ λίθοι, καθάπερ σμιλῶσι. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐδήλωσε τιὼ λίθον αὐτιὼ τε, καὶ ὁπόσα ἐργάζεται. Τοὺς δὲ Πυγμαίους οἰκεῖν μὲν ὑπογείους, κεῖθι δὲ ὑπὲρ Γάγγου, ζῶντας ξύφον, ὃς πᾶσιν εἴρηται· σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους, ἢ Μακροκεφάλους, ἢ ὁπόσα Σκύλακος ξυγγραφαὶ περὶ τούτων ἄδουσιν, ὅτε ἄλλοσέ που βιοτεύειν τὸ γῆς, ὅτε μὲν οὐ Ἰνδοῖς. τὸν δὲ ὀρύττουσι χρυσὸν οἱ γρῦπες, πέτραι εἰσὶν, οἷς ἀστὶν ἠθρυσμέναι ταῖς τοῦ χρυσοῦ ῥανίσιν, ἃς λιποτομεῖ τὸ θηρίον τοῦτο τῇ γαμφοῖς ἰσχύϊ· τὰ γὰρ θηρία ταῦτα, εἶναι τὸν Ἰνδοῖς, ☾ ἱεροὺς νομίζεσθαι τοῦ ἡλίου· τετράποδά τε αὐτῶν ὑποζυγιοῦσθαι τοῖς ἁρμασι, τοὺς δὲ ἵππους τοὺς Ἰνδοῖς γράφοντας. μέγεθός τε, καὶ ἀλκὴν εἰκάσθαι αὐτοὺς τοῖς λέουσιν· ὑπὸ δὲ πλεονεξίας τῶν πτερῶν αὐτοῖς τὸν ἐκείνοις ἐπιπόθητος, καὶ τὸν ἐλεφάντων τε, καὶ δρακόντων, ὑπέρτερους εἶναι· πέτονται δὲ οὐχ οὕτω μέγα, ἀλλ' ὅσον ☾ βραχύπτεροι ὄρνιθες. μὴ γὰρ ἐπιλῶσθαι σφᾶς, ὡς ὄρνισι πάτειον, ἀλλ' ὑμέσι τοὺς ταρσοὺς ὑφάνθαι πυρσοῖς, ὡς εἶναι κυκλώσαντας πέτεσθαι τὸν, καὶ σὺν μετεώρῳ μάχεσθαι. τὸν Τίγριν δὲ αὐτοῖς, ἀνάλωτον εἶναι μόνῳ, ἐπειδὴ τὸ τάχος αὐτιὼ ἐοικοῖεν τοῖς ἀνέμοις. ☾ Φοίνικα δὲ τὸν ὄρνιν, τὸν διὰ πεντακοσίων ἐτῶν ἐς Αἴγυπτον ἥκοντα, πέτεσθαι μὲν σὺν τῇ Ἰνδικῇ τὸ χρόνον τοῦτον· εἶναι δὲ ἕνα σὺν δόμῳ τῶν ἀκτίνων, καὶ χρυσοῦ λάμποντα, μέγεθος

A contigerit: post modum verò hic lapis ad eas demissus sui spiritus distributione omnes colligit: ita vt coaceruati lapides tanquam examen apum illi subiaceant. His dictis lapidem simul, & quid efficere posset, ostendit. Pygmæos autem sub terra degentes supra Gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prædicat viuere, non vanum est. Sciapedes verò, id est qui sibi vmbram pedibus parant, & Macrocephalos, & eiuscemodi monstra quotcunque Scylacis historiæ decantant, nec apud Indos, nec alibi terrarum vsquam viuere censeo. Aurum verò, quod Gryphes effodere dicuntur, petræ sunt aureis guttis minutissimis consperſæ, quas hæc fera rostro discindit. Sunt enim huiusmodi aues in India, & Soli sacræ esse perhibentur, easdemque quadrigis iungunt, qui Solis imaginem apud Indos pingunt. Magnitudine autem, ac viribus, leonibus pares illas esse tradunt, & ob petrarum cupiditatem sibi inuicem insidiari; elephantos quoque, ac dracones superare. Volant autem non multùm, sed quantùm *tardigradæ* aues. Non enim plumatæ sunt, sed rubra pellicula alarum costæ [tanquam digiti] connectuntur. Itaque in gyrum delatæ aliquantùm volare, & è sublimi pugnare possunt. Solam verò Tigrim insuperabilem illis esse dicunt, quoniam fugiendi celeritate, qua ventos æquare dicitur, è conspectu aufugit: Auem quoque Phœnicem esse existimamus, quæ quingentesimo quoque anno in Ægyptum veniens, hanc ipsam Indiam superuolat. Aiunt autem vnicam tantùm hanc auem esse, & ex se radios emittere, atque auri colore fulgere: magnitudine verò,

formáque aquilæ in nido conſidere, quem prope Nili fontes ex aromatibus ipſamet ſibi conſtruxit. Hæc verò quæ de ipſa decantant Ægyptij, quo pacto in Ægyptum deferatur, ipſi etiam Indi teſtificantur ſermoni conſentientes, quo dicunt Phœnici in nido liqueſcenti lugubres hymnos decantari oportere. Hoc ipſum & Cygni facere perhibentur ab iis, qui eos audire accuratiùs ſtudent.

A ἀετῦ, ϗ εἶδος, ἐς καλιὰν τὴν ἰζὰν τὴν ἐπὶ τῦ ῥεύματος ποιουμένην ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων τῶν ἐς τὰς τῦ Νείλυ πηγάς. ἃ δὴ Αἰγύπτιοι καὶ αὐτοὶ ἄδουσιν, ὡς ἐς Αἴγυπτον φέρεται, ϗ Ινδοὶ ξυμμαρτυροῦσι καθάδοντες τῷ λόγῳ, τῷ τ Φοίνικα τ ἐν τῇ καλιᾷ τηκόμενον, καθαπερ ἐλείους ὕμνους ἀπὸ ᾄδην τουτὶ δὴ καὶ τοὺς κύκνους φασὶ δρᾶν ⓐ σοφώτερ ⓦ* ἀπῶν ἀκούοντες. *κ. σοφώτερ. ω.

Apollonium apud ſapientes fuiſſe menſes quatuor: tum de pio eius diſceſſu: de ſimili nigro: de mari rubro ab Erythra rege (ἐρυθρὸν verò rubrum.) De epiſtola eius ad Sapientes: de Hyphaſide, vrbe Patala. Quid de mari rubro ab Orthagora dictum. De Oſtreis maximis, in quibus Margarita lapis. De Pagadibus Oritarum regionis. De piſcedulis, qui Græcè ἰχθυοφάγοι: de vrbe Stoberis. CAP. XV.

TALES Apollonij ſermones cum ſapientibus, taliſque conuerſatio fuit menſes quatuor. Tanto enim tempore apud eos manſit, & ſermones tam arcanos, quàm coram aliis habitos omnes collegit. Poſtquam verò diſcedere ſtatuit, ductorem, camelóſque cum epiſtola ad Phraotem, vt remitteret, perſuaſerunt ſapientes. Ipſi verò alio duce, camelíſque aliis datis ipſum dimiſere, felices ſe, atque illum propter talem congreſſum prædicantes: cúmque venerati, cùm aſſererent non poſt mortem ſolùm, D ſed viuentem & pro Deo habitum iri, in domos ſuas diſceſſere; frequenterque ſe ad abeuntem conuertentes, ſignis multis declarantes inuitos à ſe illum dimittere. Apollonius autẽ dextra quidem Gangem, ſiniſtra verò Hyphaſim fluuios habens, ad mare deſcendit itinere dierum decem à ſacro monte confecto. Deſcendentibus autem ſtruthiones multi etiam occur-

Τοιαῦτα μὲν αἱ πρὸς τοὺς σοφοὺς ξυνουσίαι Απολλωνίῳ ἐγένοντο, μηνῶν τεττάρων σὺν ᾗ διατρίψαντι, ϗ ξυλλαβόντι λόγοις φανεροὺς τ, ϗ ἀπορρήτους πάντας. ἐπεὶ δ ἐξελαυνόντων ἐδόκ *κ. ἐπειδὴ λεῖ, τ μὲν ἡγεμόνα, ϗ τὰς καμήλους, πείθουσιν αὐτ ἀποπέμψαι τῷ Φραώτῃ μετ ἐπιστολῆς. αὐτοὶ δ ἡγεμόνα ἕτερον, ϗ καμήλους δόντες, προέπεμπον αὐτὸν, εὐδαιμονίζοντες αὐτοὺς τ, κἀκεῖνον. ἀσπασάμενοι δ τ Απολλώνιον, ϗ θεὸν τοῖς πολλοῖς εἶ δόξαν οὐ τεθνεῶτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντα φήσαντες, αὐτοὶ μὲν ὑπέστρεψαν ἐς τὸ φροντιστήριον, ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τ ὕδρα, ϗ δηλοῦντες ὅτι ἄκοντες αὐτ ἀπαλλάττον. ὁ δ Απολλώνιος, σὺν δεξιᾷ μὲν τ Γάγην ἔχων, σὺν ἀριστερᾷ δ τ Υφασιν, καθ ἡμ τ θάλατταν, ἡμερῶν δέκα ὁδὸν ἀπὸ τ ἱερᾶ ὄρθ καταβὰς δ αὐτοῖς, πολλαὶ μὲν στρουθοὶ ἐ-*

φαίνονζο, πολλοὶ ᾗ ἄγελοι βόες, πολλοὶ ᾗ ὄνοι, ᾗ λέοντες, καὶ ϖάρδαλις, ᾗ πάρδις, ᾗ πιθήκων γλυϕὸν ἕτερον ϖαρὰ τοῦτ' ἐν ταῖς πεπράσεσι, μέλανές τε. γὸ ᾗ λάσιοι ἦσαν ἤδη κώμοι, καὶ σμικροῖς ἀνθρώποις ἴσοι. διαλεγόμενοι ᾗ ϖερὶ τῶν ὀρυμάνων ὁποῖα εἰώθεσαν, ἀφίκονζο ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἐν ᾗ κατεσκεύασο ἐμπόρια μικρά. ᾗ πλοῖα ἐν αὐτοῖς ὥρμει· ϖορθμεῖα, ϖαραπλήσια τοῖς Τυῤῥηνοῖς. τὴν ᾗ θάλατταν τὴν ἐρυθρὰν, εἰ μὲν κυανωτάτην, ὠνομάσθαι ᾗ, ὡς εἶπον, ἀπὸ Ἐρύθρα βασιλέως, ὃς ἐπωνόμασεν ἑαυτὸν ἐκείνῃ τῇ πελάγει. ἐνταῦθα ἥκων, τὰς μὲν καμήλους ἀπέπεμψε τῷ Ἰάρχᾳ μετ' ἐπιστολῆς.

rerunt: multi etiam boues agreſtes, multíque aſini: leones quoque, ac pantheræ, tigres præterea, & ſimiarum genus longè diuerſum ab iis, quas apud piperis arbores inuenerant. Sunt enim hæ nigræ, villoſæque, & paruis hominibus ſimiles. Colloquentes autem, vt mos eſt, de iis, quæ viderant ad mare rubrum peruenerunt, vbi merces quædam, licet paruæ, paratæ erant, & nauigia ad traiiciendum idonea in anchoris ſtabant, Tyrrhenis nauibus ſimilia. Rubrum autem mare vehementer cœruleum eſſe tradunt. Denominant autem rubrum, vt ipſi perhibent, à rege Erythra, qui ex ſuo nomine mare denominauit. Eò igitur cùm peruenisſet Apollonius, camelos retro ad Iarcham cum huiuſmodi epiſtola miſit.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΙΑΡΧΑΙ, καὶ ϭοφοῖς ἑτέροις χαίρειν.

APOLLONIVS IARCHÆ, aliíſque ſapientibus gaudere.

Ἀφικομένῳ μοι πεζῇ ϖρὸς ὑμᾶς, δεδώκατε τὴν θάλατταν· ἀλλὰ ᾗ ϭοφίας τῆς ἐν ὑμῖν κοινωνήσαντες, δεδώκατε ᾗ διὰ τοῦ οὐρανοῦ ϖορεύεϭαι. μεμνήσομαι τούτων, ᾗ ϖρὸς Ἕλληνας κοινωνήσω λόγων, ὡς ϖροῦσιν, εἰ μὴ μάτην ἐπῳ̃δὸς Ταντάλου. ἔῤῥωϭε ἀγαθοὶ φιλόσοφοι. Αὐτὸς δὲ ἐπιβὰς νεὼς ἐκομίζεϭο λείῳ, ᾗ βυϕόρῳ πνεύματι, ϑαυμάζων τὸ ϭόμα τοῦ Ὑφάσιδος, ὡς ϕοβερὸς δι' αὐτοῦ ἐκχεῖται. τελευτᾷ γὰρ ὡς ἔφην, ἐς χωρία πετρώδη, ᾗ στενὰ, καὶ κρημνοὺς ἐκπίπτῃ. δι' ὧν καταῤῥηγνὺς ἐς τὴν θάλατταν ἐνίσταται, χαλεπὸς δοκεῖ τοῖς ἄγαν τῇ γῇ ϖροσπεφυκόσιν. ϵ μὲν ϵ τοῦ Ἰνδοῦ ϭόμα ἰδεῖν φασι· πόλιν

Cùm ego terreſtri itinere ad vos veniſſem, vos mare dediſtis mihi, & ſapientiam, quæ in vobis mecum communicantes, effeciſtis, vt in cœlum poſſim etiam aſcendere. Ego verò horum meminero, & ſermonum omnium participes Græcos reddam, non ſecus ac ſi ipſi interfuiſſent, niſi fruſtra Tantali potionem bibi. Valete optimi philoſophi. Ipſe poſt hæc nauem conſcendens, leni vento deferebatur admirans Hyphaſidis fluminis oſtia, qui præceps, terribilíſque in mare defertur. Decurrit enim, vt diximus, per loca petroſa, anguſta, atque prærupta, vbíque refractus vno oſtio: mare ingreditur, pernicioſo admodum iis, qui nauigando nimiũ *terræ* adhæſerint. Indi quoq. fluminis oſtia ſe vidiſſe perhibent, vbi ciuitas

posita est, nomine Patala, fluenti Indo adiacens. Ibi quoque conuenisse quondam tradunt Alexandri classem, eiúsque gubernatorem, ducémque Nearchum, maritimæ artis peritissimum ibidem sepultum asserunt. Quæ verò ab Orthagora de rubro mari narrantur, quòd ibi scilicet vrsa non conspicitur, neque meridiem signare nauigantes possunt, quódque apparentia illic astra ordinem permutant suum, vera esse Damis etiam asserit. Putandúmque est rectè veréque dicta esse secundum *cæli in ea regione inclinationem*. Meminerunt etiam paruæ insulæ, quam *Byblum* appellant; ibi maxima conchylia, muricésque eximiæ magnitudinis nasci perhibent. Ostrea quoque petris adnascuntur decuplo maiora iis, quæ apud Græcos inueniuntur. Ibi etiã capitur in alba *Conchæ* lapis margarita, quæ in Ostreis locum cordis dicitur obtinere. Attigisse quoque ferunt Pegadem Oritarum regionem, apud quos æneæ sunt petræ, æneaq. arena, æris etiã *ramenta* deferre fluuios asserũt. *Proinde auriferã existimant terrã, ob æris præstantiã. Narrãt præterea ad Ichthyophagos piscib. victitantes* peruenisse, qui vrbem incolunt nomine Stoberam: vbi ex magnorum piscium membranis vestes intexunt. Ibíque pecudes esse etiam piscíuoras, quòd ea comedant, quæ minimè naturæ suæ conueniant. Pastores enim piscibus illas alere consueuerunt, sicut in Caria ficubus easdem pascunt. Indi verò Carmani cognominati genus planè mansuetum, adeò piscosum mare accolunt, vt nunquam seruandi causa pisces reponant: neque sicut in ponto fit, ipsos sale condiãt, sed ex iis quos capiunt, paucos quidem vendunt, plurimos verò palpitantes in mare demittunt.

A ἢ ἐπ' αὐτῇ κεῖσθαι Πάταλα, πρόῤῥυτον τῷ Ἰνδῷ. ἐς λιμὴν τὸ ναυτικὸν τὸ Ἀλεξάνδρου ξυνελθεῖν, ὡς ναύαρχον ἐπιτάξαι* Νέαρχον, καὶ ἀγύμνασον* τῆς θαλαττίου τάξεως· ἃ δὲ Ὀρθαγόρᾳ περὶ τὴν ἐρυθρᾶς εἰρηται, μὴ ὅτι μήτε ἡ Ἄρκτος ἐν αὐτῇ φαίνοιτο, μήτε σημαίνοιντο τὴν μεσημβρίαν οἱ πλέοντες, οἵ τε ἐπίδηλοι τὰ ἀστέρων ἀλλάττοντι τὰ αὐτῶν τάξεως, δοκεῖ μὴ Δάμιδι. μὴ χρὴ πρὸς ὕψιν ὑγιῶς τε, καὶ κατὰ τὴν οὐρανὸν εἰρῆσθαι ταῦτα. μυημονεύουσι μὴ νήσου μικρᾶς, ἣ ὄνομα ἐστὶ Βύβλον, ἐν ᾗ τε τὰ κοχυλίου μέγεθος μὴ μύες, ὄστρεά τε, μὴ τὰ τοιαῦτα, δεκαπλάσια τῶν Ἑλληνικῶν τὸ μέγεθος, ταῖς πέτραις προσπεφυκεν· ἁλίσκεται δὲ μὴ λίθος ἐκεῖ μαργαρὶς ἐν ὀστράκῳ λευκῷ, καρδίας τόπον ἔ-

C χουσα τῷ ὀστρέῳ. καταφεῖν δέ φασι ἐς πηγάδας τε τῶν Ὠρϕτῶν χώρας. ἔστι δὲ Ὠρεῖται, χαλκαῖ μὲν αὐτοῖς αἱ πέτραι, χαλκῆ δὲ ἡ ψάμμος, χαλκοῦν δὲ ψήγμα οἱ ποταμοὶ ἄγουσι· χρυσῖτιν δὲ γῆν, διὰ τὴν εὐχροΐαν τὸ χαλκοῦ. φασὶ δὲ τοῖς ἰχθυοφάγοις ἐντυχεῖν, οἷς πόλιν εἶναι Στόβηρα· διφθέραις δὲ τούτοις ἐνῆφθαι μειλίχων ἰχθύων, καὶ τὰ πρόβατα τὰ ἐκείνη ἰχθυώδη εἶναι, καὶ φαγεῖν ἄτοπα. σὺν γὰρ ποιμένας βόσκειν αὐτὰ τοῖς ἰχθύσιν, ὥσπερ ἐν Καρίᾳ τοῖς συκοις. Καρμανοὶ δὲ Ἰνδοί, γένος ἥμερον, εὐίχθυν ὅπου νέμονται θάλατταν, ὡς μὴ δ' ἀποθέτους ποιεῖσθαι τοὺς ἰχθῦς, μὴ δὲ ὥσπερ ὁ πόντος ταριχεύειν, ἀλλ' ὀλίγους μὲν αὐτῶν ἀποδίδοσθαι, ἵνα δὲ πολλοὺς ἀσπαίροντας ἀποδιδόναι τῇ θαλάττῃ.

De Balaris vbi emporium, de Seleris ſacra inſula: de Nereide ſæua nautis. de margarita & belluis plurimis rubri maris, déque reditu ad Babylonem. Vtque in Antiochiam profectus, & contumelus ibi affectus in Cyprum ad Paphum, vbi Veneris templum nauigauerit. CAP. XVI.

Προσαλῦσαί φασι Βαλάροις. ἐμπόριον ἡ εἶ τὰ Βάλαρα, μεσὸν μυρρίνων τε, καὶ φοινίκων. καὶ δάφνας αὖ αὐτῷ ἰδεῖν, καὶ πηγαῖς διαῤῥεῖσθαι τὸ χωρίον. καὶ πῖσαι ἡ, ὁπόσοι ζῶσι, καὶ ὁπόσοι ἀνθέων κῆποι, βρύειν αὐτό. καὶ λιμένας μεσοὺς γαλήνης, αὖ αὐτῷ εἶ. προκεῖσθαι δὲ χωρίῳ τούτῳ νῆσον ἱερὰν, ἣν καλεῖσθαι Σέλιραν· καὶ σάδια μὲν ἑκατὸν εἶ τῷ πορθμῷ Νηρηίδα δὲ οἰκεῖν αὖ αὐτὴν, δεινὴν δαίμονα· πολλοὺς γὰρ τῶν πλεόντων ἁρπάζειν. καὶ μηδὲ ταῖς ναυσὶ ξυνεχωρεῖν πεῖσμα αὖ τῆς νήσου βάλλεσθαι. ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο ἕτερας μαργαρείτιδος παρῆσθαι λόγον, ἐπεὶ μηδὲ Ἀπολλωνίῳ μειρακιώδης ἔδοξεν, ἀλλὰ πλάσμα ἡδίστου, καὶ τῶν θαλαττουργίᾳ * θαυμασιώτατος. τὰ γὰρ πεφαυμένα τῆς νήσου πρὸς τὸ πέλαγος· ἔστι μὲν ἄπειρος πυθμὴν θαλάττης, φέρει δὲ ὄστρεον αὖ ἐλύτρῳ λευκῷ, μεσὸν πιμελῆς. οὐδὲ γὰρ λίθον φύει ἐδέν. γαλήνην δὲ ὑπὸ φυλάξαντες, καὶ τὴν θάλατταν αὐτοὶ λειάναντες, τῇ ἢ ἔλαίῳ ὑπόῤῥοιᾳ προσάπτῃ, καταδύεταί τις ὑπὸ πλοῦ θήραν τῶν ὀστρέων, τὰ μὲν ἄλλα, κατεσκευασμένος ὥσπερ οἱ τὰς σπογγιὰς κείροντες· ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πλινθὶς σιδηρᾶ, καὶ ἀλάβαστρος μύρου. παριζήσας οὖν ὁ Ἰνδὸς τῷ ὀστρέῳ, δέλεαρ αὐτῷ τὸ μῦρον ποιεῖται· τὸ δὲ ἀνοίγυται τε, καὶ μεθύει ὑπ' αὐτῷ.

* Θαλαττουργία

AD Balara quoque ferunt applicuiſſe. Eſt autem Balara emporium myrtis, palmíſque abundans. Laurus quoque nonnullas illic videri tradunt. Scatet autem fontibus tota regio. Hortíque ibidem plurimi ſunt omni genere olerum, atque florum abundantes: portus etiam maximè quieti, atque tranquilli. Oppoſita eſt autem regioni illi ſacra inſula, quam Seleram vocant: ea freto ſtadiorum centum à continenti diuiditur. Hanc tenere dicunt Nereidem Deam ſæuam, atque infeſtam, & præternauigantium multos rapientem, quæ nec anchoras inſulæ applicare nautas patitur. Dignum quoq. exiſtimaui, quæ de altero margaritarum genere traduntur, non prætermittere: quandoquidem, & ipſi Apollonio res viſa eſt leuis quidem, ſed auditu iucunda, & *eorum quæ in mari fiunt* omnium mirabiliſſima. Nam qua parte inſula pelagus reſpicit, immenſa eſt maris altitudo. Fert autem alba Oſtrea quadam pinguedine referta. Lapidem autem nullum producunt. Inde maris tranquillitatem obſeruantes aquæ ſuperficiem quaſi olei cuiuſdam effuſione liniunt. Quod animaduertentes Indi ad Oſtrea capienda ingrediuntur, ita inſtructi paratíque, ſicut qui ſpongias colligunt. Eſt autem his ferreus later, & albaſtrum vnguenti, atque ita prope Oſtrea conſidentes Indo vnguento, quaſi eſca ad fallendum vtuntur: namq. illo perfuſa Oſtrea ſeſe aperientia inebriantur.

Tunc

Tunc ferreo ſtylo perforata quaſi A ſaniem quandam emittunt. hanc venator ferreo latere excipit, qui in varias multiplicéſq. formas concauatus eſt. Ea verò poſtmodum ſanies lapideſcit, atque in modum naturalis margaritæ albus ille ſanguis obdureſcit, & hæc eſt quæ ex rubro mari colligitur margarita. Huic autem venationis generi Arabes maximè intendunt ex oppoſito deſinentis maris habitantes. Reliqua maris huius pars multis, variiſque B belluis referta eſt: quin etiam illic vagari feruntur. quapropter naues tutelæ cauſa tintinnabula quædam tam à prora, quàm à puppi deferunt, quorum ſonitu terrefactæ belluæ nauibus non appropinquant. Poſt hæc Apollonius, ſociíque fluminis Euphratis oſtia ingreſſi, & per ipſum fluuium nauigantes Babyloniam ad Bardanem peruenere, quem talem, qualem antea dimiſerant recognoſcentes, rurſus in Ninum abiere. Illinc Antiochiam ve- C nientes, cùm ſolito more à ciuibus contumeliis afficerētur, quòd à Græcorum ſtudiis penitus abhorrerent, iterum ad mare iuxta Seleuciam deſcenderunt. Vbi fortè nauigio reperto in Cyprum inſulam nauigarunt, & Paphum, vbi præclarum eſt Veneris templum, quod ex collatitiis pecuniis extructum admiratus eſt Apollonius. Cúmque multa eius templi ſacerdotes edocuiſſet, D atque vt templum ſanctè, piéque colerent, eſſet cohortatus: in Ioniam nauigauit vir ſumma admiratione dignus: plurimíque faciendus ab iis, qui philoſophiam colunt.

κέντρῳ τε διῆσθαι, ὀπὸπῦς τον ἰχῶρα. ὁ δ', ἐνδεχεῖ αὐτῷ τῇ πλινθίδι, τύποις ἐσφρυγμένῃ. λιθοῦται δὲ τοιοῦτον, καὶ ῥυθμίζεται, καθάπερ ἡ φύσις μαργαρίς· κἄστιν ἡ μαργαείς, αἷμα λευκὸν, ἐξ ἐρυθρᾶς τῆς θαλάττης. ἐπιπλέουσι δὲ τῇ θήρᾳ ταύτῃ καὶ οἱ Ἀραβίοις φασὶν, αὐτόπτας οἰκοῦντας. τὸ δὲ κύτος τοῦτον, πεπλῶσθαι μὲν τὴν θάλατταν ἐπὶ πᾶσαν, ἀγελάζεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ κήτη· τὰς δὲ ναῦς, ἔρυμα τούτοις κωδωνοφορεῖν κατὰ πρύμναν τε, καὶ πρῷραν. τοῖς δὲ ἠχοῖς, ἐκπλήττεσθαι τὰ θηρία, καὶ μὴ ἐὰν ἐμπελάζειν ταῖς ναυσί. καταπλεύσαντες δὲ ἐς τὰς κόλπους τοῦ Εὐφράτου, φασὶν ἐς Βαβυλῶνα δι' αὐτοῦ ἀναπλεῦσαι πρὸς Οὐαρδάνην. καὶ τυχόντες αὐτοῦ οἷος ἐγίγνωσκον, ἐπὶ τὴν Νῖνον ἐλθεῖν αὖθις· καὶ τὴν Ἀντιοχείας σωπῶς ὑβριζούσης, καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιτηδεύσεως, ἐπὶ θάλατταν καταβῆναι τὴν ἐπὶ Σελεύκειαν, νεώς τε ἐπιτυχόντας, περιπλεῦσαι Κύπρον καὶ τὴν Πάφον, οὗ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος, ὃ ξυμβολικῶς ἱδρυμένον, θαυμάσαι τὸν Ἀπολλώνιον. καὶ πολλὰ τοῦ ἱερέως ἐς τὴν οἰκίαν τὸ ἱερὸν διδαξάμενον, ἐς Ἰωνίαν πλεῦσαι, θαυμαζόμενον ἱκανῶς, καὶ μεγάλων ἀξιούμενον παρὰ τοῖς Σοφίαν τιμῶσιν.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER QVARTVS.

Quanti omnes fecerint Apollonium in patriam reuersum. Tum de legatis ad eum, & oratione ad Ephesios. Hinc quemadmodum voces passerum quorundam inter concionandum Ephesijs interpretatus fuerit. Postea de pestilentia, quæ inuasit Ephesios.

CAPVT PRIMVM.

ΕΠΕΙΔΗ ἦλθε καὶ ἐς τὴν Ἰωνίαν ὁ ἀνὴρ καὶ ἐς τὴν Ἔφεσον παρῆλθεν, οὐδὲ οἱ βαναυσοι ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἦσαν· ἀλλὰ ἠκολούθουν, ὁ μὲν σοφίας, ὁ δὲ εἴδους, ὁ δὲ διαίτης, ὁ δὲ σχήματος, ὁ δὲ, πάντων ὁμοῦ θαυμάζοντες ὄντες. λόγοι τε περὶ αὐτοῦ ἐφοίτων. οἱ μὲν, ὡς ἐκ Κολοφῶνι μαντείου, κοινωνὸν τῆς ἑαυτοῦ σοφίας, καὶ ἀτεχνῶς σοφὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα τὸν ἄνδρα ἄδοντες· ὁ δὲ, ἐκ Διδύμων· οἱ δὲ, ὡς ἐπὶ τὸ Πέργαμον ἱερόν. πολλοὺς γὰρ τῆς ὑγιείας δεομένους, ὁ θεὸς ἐκέλευε πρὸς σοφιστὴν τὸν Ἀπολλώνιον. τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐβούλετο, καὶ δοκεῖν τοῖς μοίραις. ἐφοίτων καὶ πρεσβεῖαι πρὸς αὐτὸν ἐκ τῶν πόλεων, ξένον τε αὐτὸν ἡγούμενοι, καὶ βίου ξύμβουλον, βωμῶν τε ἱδρύσεως, καὶ ἀγαλμάτων. ὁ δὲ, ἕκαστα τούτων, τὰ μὲν, ἐπι-

POSTQVAM virum in patriã reuersum, Ephesúmque ingrediẽté, Iones viderũt, ne sordidos quidẽ opifices suæ continuerunt artes: sed populus omnis vadentem prosequebatur. Alij quidem sapientiã, alij oris formã, alij viuendi normã, alij corporis habitum, quidam etiam omnia simul admirãtes. Sermones quoq. de ipso varij ferebãtur, cùm ipsum quidam ex oraculo Colophonio, illius participẽ sapientiæ, & iã plenè perfectéq; sapientẽ factum venire prædicarent: alij ex Didymæo, alij ex Pergaméo templo venire illum asserérent. Multos enim sanitatem ab oraculo petẽtes iubebat Deus ad Apollonium accedere. Sic enim sibi Deo placere, & fata postulare dicebat. Legationes quoq. ex ciuitatibus ad eum veniebant, hospitem illum & agendæ vitæ consiliarium sibi fieri postulantes, orantésque vt quo pacto statuę aræve dicãdæ essent, edoceret. Ipse verò de his omnib. partim per epi-

ſtolas reſpõdebat, partim eò ſe venturum promittens, quid interea eſſet agendum, præmonebat. Cùm Smyrnæi legatos miſiſſent, nihil aliud ab eo poſcentes, niſi vt quamprimùm ad ſe veniret: Legatum interrogauit Apollonius quid eſſet, cur ſui tantopere indigerent. Ille autem, Videre te, ac videri abs te nobis eſt opus. inquit: cui Apollonius, Veniam, inquit: vos autem Muſæ illis interim, vt ſeſe inuicem ament, concedite. Et primam quidem ad Epheſios orationem habuit, ſtans in templi crepidine: neque Socraticorum more loquens, ſed apertè vitia redarguens, atque deteſtans ad philoſophiæ ſtudium illos compellere nitebatur: quos odio, ſuperbiáque plenos inuenit. Choreis etiam, & ſaltationibus omnino dediti, fiſtulis, tibiiſq; omnia complerant, effeminatiſque viris, tota ciuitas referta erat, cantibúſque omnia loca reſonabant. Ipſe verò, quanquam Epheſij in eius gratiam illa tranſpoſuiſſent, tamen non permittenda exiſtimauit, ſed corripuit, atque inuiſa multis reddidit. Sermones autem plurimos in lucis habuit, qui ſunt apud xyſtum, vbi cùm aliquando de communi concordia diſputaret, doceretque oportere Epheſios ſeſe mutuò nutrire, atque nutriri: paſſeres fortè in arbore quadam taciti conſidebant: vnus autem ex ipſis tanquam alicuius rei nuntius vocem emiſit, qua viſus eſt aliquid ceteris prædicere: eo audito ceteri clamorem tollentes, poſt ipſum volarunt. Tunc aliquandiu tacitus Apollonius, ſciens quidem quam ob cauſam paſſeres volitaſſent, nondum tamen auditoribus id narrabat: vbi verò omnes in ſe cõuerſos, & quaſi portentum aliquod

quàm vrbem ingrediaris. Cui autem ſtudio, inquit Apollonius, ò Philolae, vacat Imperator? Publicè, inquit ille, velut auriga quadrigam regit, cantatque in Romanorum theatris, & cum gladiatoribus viuit: ipſe quoque munere fungens gladiatorio homines iugulat. Ad ea reſpondens Apollonius, Vir, inquit, egregie, an maius aliquod ſpectaculum erudito homini eſſe cenſes, quàm regem *laſciuientem* videre? Dei namque ludibrium homo eſt, iuxta Platonis ſententiam. Rex autem hominum ludibrium factus, ſuumque pudorem, vt plebi gratificetur, negligens, quos & quales philoſophantibus præbebit ſermones? Sanè per Iouem, inquit Philolaus, modò abſque periculo id fiat. Quid autem ſi eo deductus intereas, aut te viuentem Nero deuoret prius, quàm aliquid eorum, quæ facit, aſpexeris? Pluris enim id tibi conſtabit, quàm Vlyſſi quando ad Cyclopem venit. Multos enim ſocios amiſit, dum monſtrum illud ſtudet videre, feri & crudelis ſpectaculi cupiditate ſuperatus? Tũc Apollonius: Putas, inquit, hunc minus, quàm Cyclopem, cæcum eſſe, cùm talia agat? Tum Philolaus, Vt tibi viſum fuerit, facito. hos tamen velis ſaltem ſaluos eſſe. atque hæc voce paululum elatiore dicens, ingemuit. Tũ Damis veritus, ne qui ſecũ erant adoleſcentes, per iniectam à Philolao ſuſpicionem deteriores facti eſſent, hoc modo Apollonium eſt allocutus: *Profligabit* hos adoleſcentes hæc oratio timore, triſtitiáque omnia complens. Immo, inquit Apollonius, cùm multa etiam non petenti mihi bona Dij plerunque dederint, neſcio an maius vl-

A πρὶν εἴσω χωρέαξ. τί δ' εἶπεν, ὦ Φιλόλαε, τ αὐτοκράτορα ασχολάζειν*. ἡνιοχεῖ, ἔφη, δημοσία, & ἅδει ᾠδὰς ἐς τὰ Ρωμαίων θέατρα, καὶ μετὰ τῶν μονομαχούντων ζῇ. μονομαχεῖ γὰρ & αὐτὸς, καὶ ἀποσφάττει. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Απολλώνιος, εἶτα, ἔφη, βέλτιον, μεῖζόν τι ἡγῇ θέαμα ἀνδράσι πεπαιδευμένοις, ἢ βασιλέα ἰδεῖν ἀχθομενοῦντα; θεὸς μὲν γὰρ παίγνιον ἀνθρώπου, εἶπε, καὶ τοῦτο Γλάπωνος δόξαν. βασιλεὺς δὲ, ἀνθρώπου παίγνιον γιγνόμενος, & χαριζόμενος τοῖς ὄχλοις τ ἑαυτοῦ αἰσχύνην, πόσας καὶ οὐ φαύλους λήσεις τοῖς φιλοσόφοις; νὴ Δί', εἶπεν ὁ Φιλόλαος, εἰ γε μὴ καὶ τὸ κινδυνῶδες γίγνοιτο. εἰ δὲ ἀποπλοῦν διαχθεὶς, καὶ Νέρων σε ὠμὸν φάγοι, μηδὲν ἰδόντα ὧν θεᾶσθαι, ἐπὶ πολλῷ ἔσῃ σοι τὸ συντυχεῖν αὖπαν, καὶ σὺ πλείονι, ἢ τῷ Οδυσσεῖ ἐγένετο, ὁπότε πρὸς τ Κύκλωπα ἦλθεν. ἀπώλεσε γὰρ πολλοὺς τ ἑταίρων, ποθήσας ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ἡδηθεὶς ἀπόπτου καὶ ὠμοῦ θεάματος. ὁ δὲ Απολλώνιος, οἶδα γὰρ, ἔφη, ὅτον ἥπιον σὺ πεπυθὼς τ Κύκλωπος, εἰ τοιαῦτα ἐργάζεται; καὶ ὁ Φιλόλαος, θεραπέυω μὲν, εἶπεν, ὅ, τι βούλεται· σὺ δὲ ἄλλα τέτοις σῴζε. φωνῇ δὲ ταῦτα μείζονι ἔλεγε· καὶ ἐφίκει κλαυθμὸν. συνταῦτα δείσας ὁ Δάμις, μὴ χείρους αὖτ ἐγένοντο ὑπὸ τ Φιλολάου ποίας, ἀπολαβὼν (N) Απολλώνιον, ἀπολεῖ, ἔφη, τὸν νεανίσκον ὁ * λόγος οὗτος, ἐμέων, καὶ ἀθυμίας ἀναπιμπλὰς πάντα. ὁ δὲ Απολλώνιος, & μὲν πολλῶν, ἔφη, ἀγαθῶν ὄντων, ἃ μήπω ἀξιοῦμαί μοι πολλάκις πρὸς τ θεῶν γενέσθαι, μέγιστον ἂν ἡγοῦμαι

* al. ἀποδ. ραπ.

φαίλω ἀπολελαυκέναι τὸ νῦν τοῦτο. παραπέπωκε γὰρ βάσανος τὴν νέων, ἡ σοφόδρα τε ἐλέγξει τοὺς φιλοσοφοῦντας ἢ αὐτῶν, καὶ σοῦ ἕτερόν τι μᾶλλον, ἢ τοῦτο πεφάντοντας. ἢ ἠλέγχθησαν αὐτίκα οἱ ἐρρωμένοι σοφῶν. ὑπὸ γὰρ τὴν τοῦ Φιλολάου λόγων ἀπαχθέντες, οἱ μὲν, ἔφασαν νοσεῖν, οἱδ' οὐκ εἰ αὐτοῖς ἐφόδια· οἱ δὲ, τὴν οἴκοι ἐρᾶν. οἱ δὲ, ὑπὸ ἀνθρώπων σκηπτηλῆχθαι. ἐπιῆλθεν ἐς ὀκτὼ ὁμιλητὰς ὁ Ἀπολλώνιος σὺν τέτταρσιν, καὶ τριάκοντα, οἳ ξυνεφοίτων αὐτῷ ἐς τὴν Ῥώμην. οἱ δ' ἄλλοι, Νέρωνά τε, καὶ φιλοσοφίας ἀποδράντες, φυγῇ ὡχοντο. ξυναγαγὼν οὖν τοὺς περιλειφθέντας, ὧν καὶ Μένιππος ἦν ξυναλλάξας τῇ ἐμπούσῃ, καὶ Διοσκορίδης ὁ Αἰγύπτιος, καὶ Δάμις, ἐ λοιδορήσομαι, ἔφη, τοῖς ἀπολελοιπόσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὑμᾶς ἐπαινέσομαι μᾶλλον ὅτι ἄνδρες ἐστὲ, ἐμοὶ ὅμοιοι. οὐδὲ εἴ τις Νέρωνα δείσας ἀπῆλθε, δόλον ἡγήσομαι εἶναι τὸν· ἀλλ' εἴ τις τοῦ δέους τούτου κρείττων γίγνεται, φιλοσοφοῦντι ὑπ' ἐμοῦ προσρήσεται, καὶ διδάξομαι αὐτὸν ὁπόσα οἶδα. δοκεῖ δή μοι πρῶτον μὲν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς, δι' οὓς ταῦτα ἡμῖν νοῦν ἦλθεν ὑμῖν τε, κἀκείνοις· ἔπειθ' ἡγεμόνας αὐτοῦ ποιεῖσθαι· ὧν χωρὶς χωρεῖς, οὐδὲν ἄλλο ἐσμεν· πρίν τε ἐς πόλιν ἡ τοσούτων τε οἰκουμένης μερῶν ἀρχή· πῶς οὖν ἂν προέλθοι τις, εἰ μὴ ἐκεῖνοι ἡγοῖντο. καὶ ταῦτα, τυραννίδος ἐν αὐτῇ καθεστηκυίας οὕτω χαλεπῆς, ὡς μὴ δόξειναι σοφοῖς εἶναι. ἀνόητον τε μηδὲν δοκεῖτο τὸ ταράττειν ὁδὸν, ἣν πολλοὶ τὴν φιλοσόφων φεύγουσιν.

lum ab ipsis vnquam accepisse me putem. Contigit enim occasio præclara, qua possem de his adolescentibus experientiam capere, quinam ex ipsis verè philosophentur, quive rursus aliud quoduis potius, quàm id ipsum agant: idque statim ipsa re comprobatum est. Qui enim inter eos minus fortes erant, Philolai sermonibus persuasi, alij quidem ægrotare se simulabant: alij viaticum defeciſſe querebantur: alij rerum domesticarum solicitudine domum reuocari dicebant: alij somniis se perterritos causabantur. atque cum octo sociis tantùm remansit Apollonius, cùm quatuor supra triginta iter suscepissent, vt Romam cum eo proficiscerentur. Ceteri verò philosophiam, Neronémque timentes, fugâ arripuere. Congregans igitur eos qui remanserant Apollonius, inter quos Menippus erat, quem à Lamia liberauerat, & Dioscorides Ægyptius & Damis: Ego, inquit, eos non increpabo, qui nos deseruerunt: sed vos magis laudabo, quoniam viri estis mihi similes: nec existimabo timidum eum, qui Neronem timens discessit: sed qui eiusmodi timorem superauit, hunc ego verè philosophum appellans, docebo quæcunque scio. Censeo igitur primùm vota Diis facienda, qui nobis talem mentem dederunt. Deinde, vt talis itineris duces nobis sint. (nihil enim sine illis sumus) tum demum in vrbem pergendum, quæ tam magnæ orbis parti imperat. Quam nescio quo pacto intrare quisquam possit, nisi ipsi duces adsint; præsertim tam sæuo tyranno ipsam tenente, vt non *integrum sit* sapientes esse, nec haberi. Puto autem nemini stultum consilium visum iri, si audeamus ad vrbem proficisci, quam philosophorum plerique fugiunt.

Ego enim ita eorum *censeo*, quæ apud homines sunt, nihil esse tam terribile, vt sapientem terrere possit. Deinde nihil curam, diligentiámque in hominibus excitare, nisi quod cùm periculo fiat. Nos præterea tantùm peragrauimus terrarum, quantùm alius fortasse nemo, & feras vidimus, tum Arabicas, tum Indicas multiplices, & multiformes: Hanc autem belluam, quam tyrannum plerique vocant, neque quot habeat capita, scimus: neque vtrum curuis vnguibus, aduncísque sit dentibus, nouimus. & quanquam ciuilis bestia esse dicatur, & in mediis vrbibus habitet; eò tamen perhibetur immanior iis, quæ in montibus, aut paludibus degunt: quòd leones quidem, aut Pantheræ quandoque si mulceantur, mansuescunt, & innatam feritatem exuunt: hæc autem ob attrectationem ferocior facta, omnia lacerat: Quinetiam belluas proprias matres deuorasse nemo vnquam aut dixit, aut audiuit: ea tamen immanitate saturatum Neronem accepimus. Quòd si ab Oreste aut Alcmæone tale aliquid factum legimus, pietas in patres aliquam delictis excusationem prætendit, cùm alter ab vxore propria interfectus, alter monilis cupiditate perditus sit: Is verò matris opera adoptatus à sene imperatore, & imperij hereditatem nactus, naufragio matrem interemit, nauim eius gratia fabricatus, in qua non procul à terra extincta est. Quòd si quis ob hæc metuendum esse Neronem existimat, & propterea philosophiam refugit, non tutum esse putans præter illius voluntatem aliquid agere, sciat hoc illis nequaquam esse metuendum, qui veram sapientiam, modestiám-

A ἐγὼ γὰρ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν αὖ ἡγοῦμαι φοβερὸν οὕτω γνώμης τ κατ' ἀνθρώπους, ὡς ἐκπλαγῆναί ποτε τὸν σοφόν. εἶτ' οὐδ' αὖ παρασκεύη ἀνδρὶ τὰς μελέτας, ἐὰν μὴ μετὰ κινδύνων γίγνοιτο. καὶ ἄλλως, ἐπελθὼν γῆ, ὅσην ἄνω πω τις ἀνθρώπων, θηρία μὲν Ἀραβιά τε, καὶ Ἰνδικὰ, πάμπολλα εἶδον· τὸ δ' θηρίον ἔστο, ὃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ τύραννον, οὔτε ὁπόσας κεφαλὰς ἀμπώ, οἶδα, οὔτε εἰ γαμψώνυχόν τε, καὶ καρχαρόδουν ὄν. καίτοι πολιτικὸν μέν τε θηρίον λέγεσθαι, καὶ τὰ μέσα τῶν πόλεων οἰκεῖν. τοσούτῳ δὲ ἀγριώτερον διάκειται τῶν ὀρέων τε, καὶ ὑλαίων· ὅσῳ λέοντες μέν, καὶ παρδάλεις, ἐνίοτε κολακευόμενοι, ἡμερῶνται, καὶ μεταβάλλουσι τὰ ἤθεια· τὸν δὲ τῶν καθαψάντων ἐπαιρόμενον, ἀγριώτερον αὐτῶν γίγνεται, καὶ λαφύσσει πάντα. καὶ μὲν δὴ θηρίων, καὶ ἂν εἴποις, ὅτι τὰς μητέρας ποτὲ τὰς αὑτῶν ἐδαίσαντο· Νέρωνα δὲ ἐμπεφόρηται βορᾶς ταύτης. εἰ δὲ καὶ τοιαῦτα γέγονεν ἐπ' Ὀρέστῃ, καὶ Ἀλκμαίωνι· ἀλλ' ἐκείνοις ἥμαρτέ τι πατέρες ἦσαν· ὁ μὲν, ἀποθανὼν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. ὁ δὲ, ὁρμᾷ πεφυκὼς. οὗτοι δὲ, καὶ εἰσποιηθεὶς ὑπὸ τῆς μητρὸς γέροντι βασιλεῖ, καὶ κληρονομήσας τὴν ἀρχὴν, ναυαγίῳ τὴν μητέρα ἀπέκτονε, πλοῖον ἐπ' αὐτῇ ξυνθεὶς, ὑφ' ᾧ ἀπώλετο πρὸς τῇ γῇ. εἰ δὲ ἐκ τούτων φοβερόν τις ἡγεῖται Νέρωνα, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπηδᾷ φιλοσοφίας, καὶ ἀσφαλὲς αὐτὸ νομίζων τὸ ἀπὸ θυμοῦ τι αὐτῷ πρᾶξαι, ἴσῳ τὸ μὴ φοβερὸν ἐκείνοις οὐκ ὑπάρχον, ὅσοι ἦρ αὖ σωφροσύνης τε, καὶ σοφίας

B

C

D

ἅπονται. τούτοις γὰρ καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὖ ἔχα. τὰ δὲ τῶν ὑβριζόντων, ὕθλον ἡγεῖσθω, καθάπερ τὰ τῶν μεμεθυσμένων. οὐ γὰρ δὴ κἀκείνους ἠλιθίους μὲν ἡγούμεθα, φοβεροὺς δὲ οὔ. ἴωμεν οὖν ἐς τὴν Ῥώμην, εἴγε ἐρρώμεθα. θεοῦ γὰρ τὰ Νέρωνος κηρύγματα, δι' ὧν ἐξείργει φιλοσοφίαν, ἔστιν ἡμῖν τὸ τοῦ Σοφοκλέους ἰαμβεῖον, Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε, οὐδὲ Μοῦσαι, καὶ Ἀπόλλων λόγιος. εἰκὸς δὲ κἀκεῖνον ἥδεσθαι τὰ ἰαμβεῖα ταῦτα, βαρυθύμως ὡς φασι χαίροντα. συνῆν δέ πως τοῦ Ὁμήρου συνθυμηθεὶς, ὡς ὅπου ὁ λόγος ἁρμόσοι πολεμικοὺς ἄνδρας, μία μὲν κόρυς γίγνονται, μία δὲ ἀσπὶς, σύρειν ἂν μοι δοκεῖ αὐτὸ τοῦτο. ἐπεὶ ποιόδε τοὺς ἄνδρας γιγνόμενον. ὑπὸ γὰρ τοῦ Ἀπολλωνίου λόγων ξυγκροτηθέντες, ἀποθνήσκειν τε ὑπὲρ φιλοσοφίας ἐρρωντο, καὶ βελτίους τῶν ἀποδρᾶντων φαίνεσθαι.

A que attigerunt. Talibus enim omnia, quæ à Diis mittuntur, prosperè succedunt, & conuiciatorum nugas perinde ac ebriorum hominum sermones paruifaciunt, quòd illos dementes quidem, non tamen metuendos arbitrarentur. Pergemus igitur Romam, si *robusti* erimus. Contra Neronis enim iussa, quibus ille philosophiam exterminat, Sophoclis elogium satis est dicentis:

B *Hæc iussa nunquam Iuppiter dedit mihi. neque Musæ, nec oracularis Apollo.* Verisimile autem est & Neronem hoc Iambicum carmen audisse, cùm tragœdiis, vt ferunt, maximè gaudeat. Hoc loco veritatem sortitum illud Homeri dictum iure putabitur. Ait enim postquam oratio viros bellaces irritauit, omnes vna galea, vnúsq. clypeus fiunt. *Sophocles in Antigone.* *Iliad. N. v. 131.*

C Id enim in viris istis tunc accidere visum est, qui Apollonij oratione corroborati, mori etiam pro philosophia prompti, paratíq. erant, & se potiore conditione, quàm qui fugerant, esse arbitrabantur.

De Citharœdo carmina Neronis cantante coram Apollonio. Quidque cum Thelesino Consule, præfectoque sacerdotum, de sacris & Diis locutus fuerit Apollonius.

CAP. XIII.

Προσῆσαν οὖν τῇ πύλαις· οἱ δὲ ἐφεστῶτες, οὐδὲν ἠρώτων, ἀλλὰ θεμιτὸν ἡγοῦντο τὸ σχῆμα, καὶ ἐθαύμαζον. ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἐδόκει, καὶ οὐδὲν ἐοικὸς τοῖς ἀγείροις. καταλύσει δ' αὐτοῖς ἐν παντοδαπείῳ θεῖ τὰς πύλας, καὶ δεῖπνον αἰρομένοις, ἐπειδὴ καιρὸς ἑσπέρας ἤδη ἐπύγχανεν, ὑπὸ κῶμον ἔρχεται μεθύων ἀνθρωπος, οὐκ ἀγροικικῶς τὴν φωνὴν ἔχων·

D QVVM igitur vrbis portis appropinquassent, custodes nihil interrogantes, sed nouitatem habitus admirati, venientes circunstetere. Sacer enim habitus quidam, nec pecuniarum coactoribus conueniens videbatur. Cúmque in hospitium portæ finitimum diuertentes, cœnam poposcissent (iam enim dies in occasum vergebat) ebrius quidam in vicum venit, vocem habens non planè rudem aut incultam.

χ. ἔσω π.

χ. ἀγλαεῶς ἴσ. ἀχλαεῶς

Is Romanam vrbem perambulans Neronis carmina decantabat *mercede ad id inuitatus: illi verò conceßũ erat, eum* qui aut negligentiùs audiſſet, aut poſt auſcultationem non præbuiſſet mercedem, tanquam impietatis in Deos reum in carcerem abducere. Is citharam, & omnem citharœdorum ornatum geſtabat: præterea chordam vſu pulſandi iam attritam in ciſtella portabat; eam ex Neronis cithara duabus minis B emptam iactitans, nec ſe vlli vnquam eam venditurum, niſi optimus eſſet citharœdus, quíve aliquando in Pythiis ludis decertaſſet. Is igitur, vt conſueuerat in ſui cantus præludio breuem de Nerone hymnum percurrens, carmina ſubiecit partim ex Oreſte, partim ex Antigona, & ex aliis paſſim tragœdiis à Nerone conuerſa; inflectens cantus malè, peruerſéque à Nerone vlulatos. Cùm vero Apollonius, comitéſque ſegniter, ac negligenter audirent, ipſe violatum ab eis Neronem, & diuinæ vocis inimicos eſſe clamitabat: quamuis illi verbis eius nullam curam adhiberent. Interroganti autem Apollonium Menippo, quo pacto huius hominis verba audiret, aut quid ſibi agendum cenſeret. Reſpondit Apollonius, Quid aliud agamus, niſi, vt poſtquam cantare deſierit, nos nihil eius oratione commoti, oſtentationis eius mereedem ſoluentes, ſinamus illum Neronis Muſis ſacrificare. Atque hactenus homini ebrietas debacchata eſt. Poſtero die Teleſinus conſul vocatum Apollonium, quiſnam is eſſet, quem gerebat habitum, interrogauit. Ille autem, Purus, inquit, & mundus, & ex nulla morticina materia confectus. Quæ verò tua ſapientia eſt interroganti, Ex diuino, inquit, afflatu proueniens, & quæ homines

ἐφοίτα γὰρ κύκλῳ τὴν Ῥώμην, ᾀδων τὰ τοῦ Νέρωνος μέλη, καὶ μεμισθωμένῳ τοῦτο. τῷ γὰρ ἀμελῶς ἀκούσαντα, ἢ μὴ καταβαλόντα μισθὸν τῆς ἀκροάσεως, ξυνεκεχώρητο αὐτῷ καὶ ἀπάγειν ὡς ἀσεβοῦντα. ἐῶ γὰρ αὐτῷ καὶ κιθάραν, καὶ ἡ περίφορος τῷ κιθαρῳδῷ σκευὴ πᾶσα. καί τινα καὶ νάρδου τῆς ἐφαλαμώνων τε, καὶ περιτεταμένων * ἀποκειμένην οἱ κοιπίδι * εἶχεν, ἐῶ ἔφασκον οἱ τῆς Νέρωνος ἑωνῆσθαι κιθάρας δυοῖν μναῖν, καὶ ἀποδώσεσθαι αὐτῷ οὐδενί, ἐῶ μὴ κιθαρῳδὸς ἢ τῶν ἀρίστων τε, καὶ ἀγωνιουμένων πυθοῖ. ἀναβαλλόμενος οὖν ὅπως εἰώθει, καὶ βραχεῖ διεξιὼν ὕμνον τοῦ Νέρωνος, ἐπῆγε μέλη, τὰ μὲν, ἐξ Ὀρεστείας, τὰ δ', ἐξ Ἀντιγόνης, καὶ ὁπόθεν τραγῳδουμένων αὐτῶν· καὶ ᾠδὰς ἐκαμπτεν, ὁπόσας Νέρων ἐλυμήνατο, καὶ κακῶς ἐστρεφεν. ἀγροίκου δὲ ἀκροωμένου, ὁ μὲν, ἀσεβείας Νέρωνα ἐπ' αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολεμίους τῆς θείας φωνῆς εἶη. ὁ δὲ, οὐ προσεῖχον· ἐρομένῳ δὲ τῷ Μενίππῳ τὸν Ἀπολλώνιον, πῶς ἀκούοι λέγοντος ταῦτα, πῶς, ἔφη, ἢ ὡς γε ἥδεται; ἡμεῖς μὲν τοι, ὦ Μένιππε, μὴ παροξυνώμεθα πρὸς ταῦτα, ἀλλὰ τὸν μισθὸν τῆς ἀπειδείξεως δόντες, ἐάσωμεν αὐτὸν θύειν ταῖς Νέρωνος Μούσαις. τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον ἐπράνη· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ, Τελεσῖνος ὁ ἐπὶ τῶν ὑπάτων, καλέσας τὸν Ἀπολλώνιον, τί, ἔφη, τὸ χρῆμα; ὁ δὲ, καθαρὸν, εἶπε, καὶ ἀπ' οὐδενὸς θνητοῦ· τίς γὰρ ἡ σοφία; θεασμὸς ἔφη, καὶ ὡς

δῶ πῃ θεοῖς εὔχεσθαι, καὶ θύειν. ἔστι δέ τις, ὦ φιλόσοφε, ὃς ἀγνοεῖ ταῦτα; πολλοὶ, εἶπεν· εἰ δέ τις καὶ ὀρθῶς πεπίστευται ταῦτα, πολλῷ γέροντι ἂν αὐτῷ βελτίων, ἀκούσας σοφωτέρου ἀνδρὸς, ὅπῃ μὲν οἶδεν, οὐ οἶδε. ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Τελεσῖνον, καὶ γὰρ ἐτύγχανεν εὐσεβεστέρως πρὸς τὰ θεῖα διακείμενος, εἰσῆλθεν ὁ ἀνὴρ δι' ἃ πάλαι περὶ αὐτοῦ ἤκουσε. καὶ τὸ μὲν ὄνομα οὐκ ὤετο δεῖν ἐς τὸ φανερὸν ἐρωτᾶν, μή πῃ ἔπι λανθάνῃ βούλοιτο· ἐπανῆγε δὲ αὖ πάλιν ἐς λόγον τὸν περὶ τῶν θείων. καὶ γὰρ πρὸς διάλεξιν ἐπιτηδείως εἶχε. καὶ ὡς σοφῷ γε, εἶπε, τί δύνῃ περσιὼν τοῖς βωμοῖς; ἐγωγε, ἔφη, δικαιοσύνην εὔχομαι, νόμους μὴ καταλύεσθαι πένεσθαι τοὺς σοφοὺς, σὺ δὲ ἄλλους, πλουτεῖν μέν, ἀδόλως δέ. εἶτα, εἶπε, τοσαῦτα αὐτῷ εἶναι τυγχάνεις; νὴ Δί', εἶπε. ξυνείρω γὰρ τὰ πάντα εἰς εὐχὴν μίαν· καὶ περσιὼν τοῖς βωμοῖς, ὧδε εὔχομαι, ὦ θεοὶ, δοίητέ μοι τὰ ὀφειλόμενα. εἰ μὲν δὴ τῶν χρηστῶν εἰμὶ ἀνθρώπων, τυγχάνομι πλείονων, ἢ εἶπον· εἰ δὲ ἐν τοῖς φαύλοις με θεοὶ τάττοιτο, ταὐναντία μοι παρ' αὐτῶν ἥξει. καὶ οὐ μέμψομαι σοὶ θεοὺς, εἰ κακῶν ἀξιοῦμαι, μὴ χρηστὸς ὤν. ἐξεπλάγη μὲν δὴ ὁ Τελεσῖνος τοὺς λόγους τούτων. βουλόμενος δ' αὐτῷ χαρίζεσθαι, φοῖτα, ἔφη, ἐς τὰ ἱερὰ πάντα· καὶ γεγράψεται παρ' ἐμοῦ πρὸς σοῦ ἱερωμένους δέχεσθαί σε, καὶ διορθουμένῳ εἶκειν. ἢν δὲ μὴ γράψῃς, ἔφη, οὐ δέξονταί με; μὰ Δί', εἶπε. ἐμὴ γὰρ, ἔφη, αὕτη ἀρχή. χαίρων,

A doceat, quo pacto Deos precari, & eisdem sacrificare conueniat. Estne autem philosophus vllus qui hæc ignoret? Permulti, inquit Apollonius. Quid si quis rectè talia sciuerit? Melior, inquit Apollonius, etiam euadet, si sapientiorem audiens, certior fuerit factus se rectè scire, quæ sciuit. Talia audienti Telesino (erat autem erga res diuinas propensior) in mentem venit eius viri, de
B quo iamdudum multa audierat; non tamen de nomine palam interrogare volebat, ne consilium suum patefaceret. Rursus ad colloquium de rebus diuinis hominem reuocauit. (erat enim ad sermones inferendos idoneus) & tanquam à sapiente quæsiuit, Quid tu ad aras accedens precaris Deos? Ego, inquit Apollonius, precor, vt iustitia apud homines valeat, & leges non soluantur; vtque
C sapientes pauperes sint, ceteri verò sine fraude ditentur. Talia verò petens, inquit Telesinus, tibi etiam satisfeciſſe censes? Certè, inquit Apollonius. Omnia namque oratione complector vna, & ad altaria veniens ita precor: O dij præbete mihi, quæ mihi debentur. quòd si bonus sim vir, maiora etiam, quàm peto assequar: sin verò inter prauos Dij me
D collocarunt, contraria mihi ab eisdem promerens, neque Deos accusare potero, si me ipsum malis dignum iudicaui, cùm sim prauus. Hæc audiens Telesinus obstupuit, & Apollonio gratificari cupiens, Accede, inquit, arbitratu tuo ad omnia Deorum templa: Ego enim sacerdotibus præcipiam, vt te suscipiant. Tu autem corrigas velim, si quid emendatione dignum inueneris. Quid verò, inquit Apollonius, si non iusseris, non me suscipient? Minime, inquit ille. Mea namque est huiusmodi rerum potestas. Gaudeo,

inquit Apollonius, quòd cùm sis vir magnus, ac generosus, de rebus magnis habeas potestatem. Hoc autem de me scias velim. Ego templa non penitus *occlusa* incolere gaudeo; neque me Deorum quisquam respuit, sed tecti participē dignantur omnes. Rogo igitur vt mihi apud vos itidem pateant templa, quod Barbari etiam concessere. Tum Telesinus: Magnam, inquit, Romanorum laudem Barbari præoccuparunt. Vellem autem, vt de nobis hoc ipsum referri posset. Tuo igitur arbitratu quæcunque libuerit templa incolito, & ex alio in aliud, vti placet, transmigrato. Faciam, inquit Apollonius, neque id præter rationem, vt arbitror. Dei namque non semper in eodem permanent loco, sed nunc ad Æthiopes, nunc ad Olympum, nunc ad Athum proficiscuntur. Absurdum igitur esse puto, cùm Dij vniuersas gentes, perambulando transeant, & lustrent, homines ad omnes Deos aliquando non accedere: Præterea si domini seruos despexerint, culpa carebunt: fortè enim tanquam prauos eos despiciunt: serui autem, qui suos dominos non venerantur, ab eisdem perdentur, tanquam impij & scelesti, & *mancipia* Diis inimica.

A ἔφη, ὅτι γυναῖος ὢν, μεγάλα ἀρχὰς: βουλοίμην δ' ἂν σε καὶ εἰνο περὶ ἐμοῦ εἰδέναι. ἐγὼ τὰ ἱερὰ τὰ μὴ βεβαίως κλειστὰ, χαίρω οἰκῶν. ἀπαιτεῖταί με οὐδεὶς τῶν θεῶν, ἀλλὰ ποιοῦνταί κοινωνὸν στέγης. ἀνείσθω δέ μοι καὶ τῦτο. καὶ ὁ Βάρβαροι ξυνεχώρουν αὐτό. καὶ ὁ Τελεσῖνος, μέγα, ἔφη, Ρωμαίων ἐγκώμιον οἱ Βάρβαροι προὐλαβον· τυτὶ γὰρ ἐβουλόμην αὖ
B περὶ ἡμῶν λέγεσθαι. ὥσπερ μὴν σὺ τοῖς ἱεροῖς, σὺ ἀλλάττων αὐτὰ, καὶ μεθίσα μὴν ἐξ ἄλλης ἐς ἄλλο. αἰτίαν δ' ἔσχε τούτων ἔχων, οὐδὲ οἱ θεοὶ, ἔφη, πάντα τὸν χρόνον ἐν τῷ οὐρανῷ οἰκοῦσιν· ἀλλὰ πορεύονται μὲν ἐς Αἰθιοπίαν· πορεύονται δὲ καὶ ἐς Ὄλυμπόν τε, καὶ Ἄθω. καὶ οἶμαι ἄτοπον, σὲ μὲν θεοὺς, τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθνη περιοσεῖν πάντα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους, μὴ τοῖς θεοῖς ἐπιφοιτᾶν πᾶσι.
C καὶ τοὶ δεσπότας μὲν ὑπερορῶντες δούλων, οὔπω αἰτίαν ἔχουσιν. ἴσως γὰρ ἂν καταφρονεῖεν αὐτῶν, ὡς μὴ σπουδαίων. δοῦλοι δὲ μὴ πάντως τοὺς αὐτῶν δεσπότας περιορῶντες, ἀπόλοιντο ἂν ὑπ' αὐτῶν, ὡς κατάρατοί τε, καὶ θεοῖς ἐχθροὶ ἀνδράποδα.

De Neronis gymnasio, & Demetrio philosopho expulso ab Vrbe iubente Tigillino: déque prodigiosa tempestate, quam Graci διοσημίαν dicunt: tum quid de ea Apollonius præsagierit. Quódque fulmen è manu Neronis calicem iam ori admotum excusserit. CAP. XIIII.

CVM talia in templis disputaret Apollonius, augebatur in dies Deorum cultus; *& concurrebant frequentes ad fana*, quòd maiora dona à Diis sese habituros sperarent: nec quisquam adhuc eius

Διαλεγομένου δὲ αὐτῦ περὶ τὰ ἱερὰ, οἱ θεοὶ ἐθεραπεύοντο μᾶλλον καὶ ξωήεσαν οἱ ἄνθρωποι ἐς ταῦτα, ὡς τὰ ἀγαθὰ πλείω παρὰ τῶν θεῶν ἕξοντες. καὶ οὔπω διεβάλλοντο

αἱ ξυνουσίαι τοῦ ἀνδρὸς, διὰ τὸ ἀσυ- A viri sermones calumniabatur, quia
δάζεσθαι τὴν δημοσίᾳ, λέγεσθαί τε ἐς omnibus æquè, palámque consule-
πάντας. οὐδὲ γὰρ θύραις ἐπεπόλαζεν, bat: neque cuiusquam pulsabat fo-
οὐδὲ ἐτείθετο πρὸς τὸ φῶς, καὶ πρὸς res, aut potentiorum limina tere-
τοὺς δυνατούς· ἀλλ' ἠσπάζετο μὲν ἐ- bat, sed ad se venientes benignè ex-
πιφοιτῶντας, διελέγετο δὲ αὐτοῖς, cipiens, non secus ad eos, quàm ad
ὁπόσα καὶ τῷ δήμῳ. ἐπεὶ γὰρ ὁ Δη- populum loquebatur. Postquā De-
μήτριος διατεθεὶς πρὸς αὐτὸν, ὡς metrius erga Apollonium, sicut in
ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς λόγοις εἴρηκα, Corinthiis sermonibus diximus, be-
παραγόμενος ἐς τὴν Ῥώμην, ὕστε- neuolentia affectus Romam venit,
ρον ἐθεράπευε μὲν τὸν Ἀπολλώνιον, B colebat quidem Apollonium, qui
ἐπηφίει δ' αὐτὸν τῷ Νέρωνι, τέχνη eum frequenter ad Neronem mit-
ταῦτα ὑπωπτεύθη* τοῦ ἀνδρός· καὶ τὸν tebat, vt eius suspicionem tali arte
Δημήτριον αὐτὸς ἐδόκει *καθιστέ- dimoueret. Videbatur autem Apol-
ναι ἐς αὐτά· ἦν πολὺ μᾶλλον, ὁπότε lonius maximè ob hoc ipsum reti-
γυμνάσιον μὲν ἐξεποιήθη τῷ Νέρω- nere Demetrium. Idque vel tunc
νι, θαυμασιώτατον τῆς σκιᾶς λευκῆς est iudicatum, cùm Neroni Gymna-
δ' ἔτυχεν ἡ αὐτὴ ἡμέρα, Νέρων τε sium paratum est, omnium, quæ Ro-
αὐτὸς, καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη, καὶ mæ essent, maximè admirabile. Ibi
τὸ ἱππεῦον τῆς Ῥώμης. παρελθὼν Nero, magnúsque Senatus, & Ro-
γὰρ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνά- manus equitatus omnis sacrificia,
σιον, διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λου- diémque festum summa cum lætitia
μένων, ὡς σκιᾶς λουμένων τε, καὶ αὖ- celebrabant. Illud igitur Gymna-
θις χραινόντων· καὶ ἐδείκνυεν ὅτι πε- sium ingressus Demetrius oratione
ριττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοιαῦτα. ἐφ' habuit aduersus eos, qui balneis vte-
οἷς ξυνῆκάτο μὲν αὐτῷ μὴ ἀποθα- bātur, propterea quòd seipsos mol-
νεῖν αὐτίκα, τὸν Νέρωνα βοῶντα les effœminatósq. reddentes, inqui-
ἑαυτοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν σκεύλιον ἄδειν. narentur magis, quàm mundarentur. Omnem igitur in rebus huiusmodi sumptum inanem, superuacuúmque esse monstrabat. Quibus verbis adeò in se audientium iracundiam concitauit, vt vna res tantùm fuerit auxilio, quin subitò interficeretur. Ea verò fuit, quòd ea die Nero clariore, maioréque, quàm vnquam aliàs, voce cantauerat. Cantabat autem in caupona *iuxta Gymnasiũ*, nudus, & femoralib. duntaxat amictus, non secus, ac *fœdissimus* quisque caponum. Nec tamen effugit Demetrius, quin magnum pro iis, quæ dixerat, periculum subiret. Tigillinus enim, cuius in manibus Neronis gladius erat, Roma illũ expulit, non secus, ac si balnea suis verbis esset demolitus. Is quoque Apollonium

ἡδὲ δὲ σὺν καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς D
τὸ γυμνάσιον, διάζωμα ἔχων, γυ-
μνὸς, ὥσπερ τοὺς καπήλων οἱ ἀσελγέ-
σατοι. οὐ μὴν διέφυγε ὁ Δημήτριος
τὸ ἐφ' οἷς, εἶπε, κινδυνεῦσαι. Τιγιλ-
χ. ὑφ' ᾧ λῖνος γὰρ, ἐφ' *ᾧ τὸ ξίφος ἦν τοῦ
Νέρωνος, ἀπήλασεν αὐτὸν τῆς Ῥώ-
μης, ὡς τὸ βαλανεῖον καθαιρήσων οἷς εἶπε. τὸν δ' Ἀπολλώνιον

clanculum obseruabat, num & ipse *animaduersione* dignum, aut *anceps* aliquid diceret. Ille verò palam, nec serio, nec ioco quicquam reprehensione dignum proferebat, vt qui periculum aliquod grauius caueret: sed aptè ad interrogata respondens, vnà cum Telesino philosophabatur. Accedebant ad eum insuper nonnulli, qui, licet philosophia periculum afferret, non putabant, si cum illo degerent, periculum aliquod subire posse. Auxit Apollonio suspicionem de prodigiosa tempestate sententia. Cùm enim aliquando sol defeciisset, & tonitru ingens esset subsecutum, quod in eclipsi minimè fieri consueuit, aspiciens in cœlum Apollonius, Erit, inquit, magnum aliquid, & non erit. Quam sententiam, qui tunc audiuere, interpretari minimè poterant. Triduo autem post solis defectionem omnes eam intellexere. Accubante enim in conuiuio Nerone decidens fulgur calicem, quem manibus tenebat, excussit: cùm iam ori propius illũ admouisset. hoc igitur Apollonij verba significabant. Cùm enim tam parum abfuerit à percussione fulminis Imperator, meritò magnum aliquid factum iri, & non factum iri, inquit Apollonius. Tigillinus autem, cùm talia audisset, hominem timuit, quasi sapientia dæmonum præditum: neque palàm ipsum criminandum censebat, ne clanculum aliquod malum sibi ab eo proueniret. Veruntamen loquentem, tacentem, sedentem, & ambulantem, & quid apud quemque manducaret, biberetq. & sacrificaret, nec ne, tot oculis, quot reges habent, obseruabat.

A ἀφανῶς ἀνίχνευεν, ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐπιλήψιμόν τι, καὶ παραβεβλημένον εἴποι. ὁ δὲ οὔτε καταγέλωτος φανερὸς ἦν, οὔτ' αὖ πεφρονηκὼς, ὥσπερ οἱ φυλαττόμενοί τινα κίνδυνον, ἀλλ' ἀποκρινόμενος πρὸς τὰ προκείμενα διελέγετο, ξυμφιλοσοφούντος αὐτῷ τοῦ Τελεσίνου, καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν, οἳ, καίτοι φιλοσοφίας ἐπικινδύνως προσπίπτοντος, καὶ ἂν φόντο κινδυνεύσαι ξὺν ἐκείνῳ συνδιάζοντες. ὑπωπτεύετο δὲ ὡς, ἔφην, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐφ' οἷς καὶ πρὸς τὴν διοσημίας, εἶπε. γιγνομένης γάρ ποτε σελήνης ἡλίου, καὶ βροντῆς σημαθείσης, ὅπερ ἤκουσα ἐν σελήνῃ δοκεῖ ξυμβαίνειν, ἀναβλέψας ἐς τὸν οὐρανὸν, ἔσται τι, ἔφη, μέγα, καὶ οὐκ ἔσται. ξυμβαλεῖν μὲν δὴ τὸ εἰρημένον οὔπω εἶχον οἱ παρατυχόντες τῷ λόγῳ. τρίτῃ δ' ἀπὸ τῆς σελήνης ἡμέρᾳ ξυνῆκαν τὸν λόγον πάντες. σιτουμένου γὰρ τοῦ Νέρωνος, ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς, διήλασε τὸν κύλικος ἐν χερσὶν οὔσης, καὶ οὐ πολὺ ἀπεῆγεν τοῦ στόματος. τὸ δὲ τοσοῦτον ἐλθεῖν τοῦ βλαπτῆσαι αὐτὸν, περιορᾶσθαί τι, εἶπε, καὶ μὴ περιορᾶσθαι. ἀκούσας δὲ Τιγελλῖνος τοῦτον λόγον, ἐς δέος ἀφίκετο τοῦ ἀνδρὸς, ὡς σοφοῦ τὰ δαιμόνια. καὶ ἐς ἐγκλήματα μὲν φανερὰ καθίσας πρὸς αὐτὸν, οὐκ ᾤετο δεῖν, ὡς μὴ κακόν τι ἀφανὲς ὑπ' αὐτοῦ λάβοι. διαλεγόμενον δὲ, καὶ σιωπῶντα, καὶ καθήμενον, καὶ βαδίζοντα, καὶ ὁπόθεν φάγοι, καὶ ποῦ ὄπου, καὶ εἰ ἔθυσεν, ἢ μὴ ἔθυσε, προσήρχε πᾶσιν ὀφθαλμοῖς, ὁπόσοις ἡ ἀρχὴ βλέπει.

Capitis defluxiones inuasisse Romanos, & ipsum Neronem. Inde accusatum Tigillino Apollonium: quodque ne vestigium quidem vllum literarum inuentum in pugillari, vbi inerat accusatio. Tum non ausum Tigillinum nocere Apollonio; ratum supra hominem illum esse. CAP. XV.

Ἐμπεσόντος ὲν ἐν Ῥώμῃ νοσήματος, ὃ καταῤῥυν οἱ ἰατροὶ ὀνομάζουσιν· ἀνίσανται ὲ ἀπ' αὐτῶν βῆχες, καὶ ἡ φωνὴ τοῖς λαλοῦσι πονήρως ἔχῃ, τὰ μὲν ἱερὰ πλέα ἦν ἱκετευόντων τοὺς θεούς, ἐπεὶ διωδύνει τὸν Φάρυγα Νέρωνα, καὶ μόγις τῇ φωνῇ ἐχρῆτο. ὁ ὲ Ἀπολλώνιος, ἐῤῥήγνυτο μὲν πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν, ἐπεπλήγει ὲ οὐδενί. ἀλλὰ καὶ Μενίππων προξενούμενον τοῦτο τῶν τοιούτων, ἐσωφρόνιζε τε, καὶ κατεῖχε, ξυγγινώσκειν κελεύων τοῖς θεοῖς, εἰ μίμοις γελοίων χαίρουσιν. ἀπαγγελθέντες ὲ τῷ Τιγελλίνῳ τοῦτο τοῦ λόγου, πέμπει τοὺς ἄξοντας αὐτὸν ἐς τὸ δικαστήριον, ὡς ἀπολογησάμενον μὴ ἀσεβεῖν ἐς Νέρωνα. προσκύσας ὲ καὶ κατήγορος *ἐπ' αὐτὸν, πολλοὺς ἀπολωλεκὼς ἤδη, καὶ τοιούτων Ὀλυμπιάδων μεστός. καί τι γραμματεῖον εἶχεν ἐν ταῖν χεροῖν, γεγραμμένον τὸ ἔγκλημα. τοῦτο ὥσπερ ξίφος ἀνασείων ἐπὶ τὸν ἄνδρα, ἠκονᾶτό τε αὐτὸ ἔλεγε, καὶ ἀπολεῖν αὐτόν. ἐπεὶ ὲ ἀνέγνω Τιγελλῖνος τὸ γραμματεῖον, γραμμῆς μὲν ἴχνος οὐ διεφάνη ἐν βύρσῃ, ἀσήμου ὲ λίνου βιβλίῳ ἐντετύχει, ἐς ἔννοιαν ἀπηνέχθη δαίμονος. τυχὸν ὲ καὶ Δομετιανὸς ὕστερον πρὸς αὐτὸν λέγεται παθεῖν. ἀπολαβὼν οὖν τὸν Ἀπολλώνιον ὑπεχώρησεν, ἐς τὸ ἀπόῤῥητον δικαστήριον, ἐν ᾧ καὶ τὰ μείζω ἡ ἀρχὴ αὐτὴ ἀφανῶς δικάζει. καὶ με-

χ. ἐς αὐ.

A

B

C

D

Cvm morbus, quem catarrhum medici dicunt, Romam inuasisset, plena erant templa Diis sacrificantium hominum, quoniam Neronis fauces intumuerant, ita vt exiguus vocis vsus relictus esset. Dolebat autem Apollonius propter magnam eorum ignorantiam, neminem tamen palam increpabat. Quin etiam Menippum eorum gratia parumper irritatum compescuit, iubens ipsum Diis ignoscere, si mimis ridiculorum gaudeant. Ea verba, cùm ad Tigillinum relata essent, ministros misit, qui Apollonium in iudicium vocarent, excusationem facturum de iis, quæ impiè aduersus Neronem locutus esset. Erat etiam accusator contra ipsum paratus, qui multos antea iam perdiderat, & tali nequitiæ genere tanquam Olympiorum victoria exultabat. Is etiam accusationis Syngraphum à se compositam habebat in manibus, eámque tanquam gladium in Apollonium euaginatur, interfecturúmque esse minitatur. Postquam verò Tigillinus acceptam Syngraphum explicans, literarum in ipsa vestigium nullum vidit, & libellum quasi lituris nunquam signatum aspexit, de dæmone rursus cœpit cogitare. Hocidem postea Domitiano ab Apollonio dicitur euenisse. Aduocans igitur Tigillinus in secretiorem prætorij partem vbi de rebus maximis consultare solitus erat, arbitris omnibus

bus ſubmotis, quiſnam eſſet, interrogabat: ei Apollonius, & patris & patriæ nomen expoſuit, & quare ſapientia vteretur, enarrauit. Dixit quoque ſe ſapientia vti ad Deos intelligendos, & res hominum cognoſcendas. Nam ſeipſum noſſe longè difficilius eſt, quàm alios cognoſcere. Dæmones verò, inquit Tigillinus, & idolorum apparitiones quomodo redarguis? Perinde, inquit Apollonius, atque homicidas, atque impios homines. Hos autem dixit, vt Tigillinum morderet, qui crudelitatis omnis, & laſciuiæ præceptor erat Neroni. Rurſus autem Tigillinus, Volo, inquit, aliquid mihi vaticineris, quod te rogabo. Tunc Apollonius, Quonam, inquit, pacto efficere id poſſum, cùm non ſim vates? Atqui te eſſe perhibent, quòd dixeris fore magnum aliquid, & non fore. Vera, inquit Apollonius, audiſti: attamen id non ex vaticinandi peritia protuli, ſed magis ex ſapientia, quam verè philoſophantibus viris Deus *patefacit*. Neronem verò, inquit ille, cur non times? Quoniam, inquit, Deus, qui dedit illi eſſe terribilem, mihi quoque interritum eſſe præbuit. Quid autem ſentis de Nerone? Longè melius quàm vos, inquit. Vos enim cantare dignum putatis: Ego dignum tacere. His verbis ſtupefactus Tigillinus, Abi, inquit, quocunque libet fideiuſſoribus antea pro corpore datis. Tunc Apollonius, Quis, inquit, fideiuſſor eſſe pro corpore velit, quod vincii aut detineri à nemine poteſt? Hæc dæmonis cuiuſdam opera ſupráque naturam hominum Tigillino viſa ſunt, & quaſi cum Deo luctari deuitans, Abi, inquit, quocunque libet: potentior enim es, quàm vt meo ſubiiciaris imperio.

A πεπαιδάμην τε παῖδας, ἐνέκειτο ἐρωτᾷν ὅστις εἴη. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, παῖδες τ' ἐμέμνητο, καὶ πατρίδος, καὶ ἐφ' ὅτῳ τῇ φιλοσοφίᾳ χρῷτο. ἔφασκέ τε αὐτῇ χρῆσθαι ἔτι τε τῷ θεοὺς γιγνώσκειν, ἔτι τε τῷ τὴν ἀνθρώπων ξυνιέναι· τὸ γὰρ ἑαυτὸν γνῶναι, χαλεπώτατον εἶναι καὶ ἄλλου γνῶναι. τοὺς δαίμονας, εἶπεν, ὦ Ἀπολλώνιε, καὶ τὰς τῶν
B εἰδώλων φαντασίας, πῶς ἐλέγχεις; ὡς γε, ἔφη, τοὺς μιαιφόνους τε, καὶ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους. ταυτὶ γὰρ πρὸς τὸν Τιγελλῖνον ἀποσκώπτων ἔλεγεν, ἐπειδὴ πάσης ὠμότητος, καὶ ἀσελγείας διδάσκαλος ἦν τῷ Νέρωνι. μαντεύσομαί σ' αὖ, ἔφη, δεηθέντα μου; πῶς, εἶπεν, ὅ γε μὴ μάντις ὤν. καὶ μὴν καὶ
C σέ, ἔφη, φασὶν εἶναι τὰ εἰπόντα ἔσεσθαί τι μέγα, καὶ οὐκ ἔσεσθαι. ἀληθῶς, εἶπεν, ἤκουσας. τοῦτο δὲ μαντικῇ προεῖδον, σοφία δὲ μᾶλλον, ἣν θεὸς φαίνει σοφοῖς ἀνδράσι. Νέρωνα δ', ἔφη, διατί δεδοικας; ὅτι, εἶπεν, ὁ θεὸς ὁ παρέχων ἐκείνῳ φοβερὸν δοκεῖν, καὶ μοὶ δέδωκεν ἀφόβῳ εἶναι. φρονεῖς δὲ πῶς, εἶπε, περὶ Νέρωνος; ὁ δὲ Ἀπολλώ-
D νιος βέλτιον, εἶπεν, ἢ ὑμεῖς· ὑμεῖς γὰρ ᾄδειν αὐτὸν ἄξιον τοῦ ἄδειν· ἐγὼ δέ, ἄξιον τοῦ σιωπᾶν. ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ Τιγελλῖνος, ἄπιθι, ἔφη, καταστήσας ἐγγυητὰς τοῦ σώματος. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, καὶ τίς, εἶπεν, ἐγγυήσεται σῶμα, ὃ μηδεὶς δήσει; ἔδοξε τῷ Τιγελλίνῳ ταῦτα δαιμόνιά τε εἶναι, καὶ προθύμως ἀπεφοίτα, καθάπερ θεομαχεῖν φυλαττόμενος. χώρει, ἔφη, οἷ βούλει· οὐ γὰρ κρείττων, ἢ κατ' ἐμοῦ δέχεται.

De puella ad vitam reuocata, vt Alceſte ab Hercule: tum de epiſtolis, quas ad ſe miſerunt Apollonius & Muſonius: hinc de edicto Neronis, ne quiſquam Romæ philoſopharetur: diſceſſiſſéque propterea Apollonium occidentem verſus.

CAP. XVI.

Κ Α' κεῖνο Απολλωνίου θαῦμα. κόρη ςὺ ὥρᾳ γάμου τεθνάναι ἐδόκει, καὶ ὁ νυμφίος ἠκολούθει τῇ κλίνῃ, βοῶν ὁπόσα ἐπ' ἀτελεῖ γάμῳ· ξυνωλοφύρετο ὴ ὅλη Ῥώμη, καὶ ἐτύγχανεν οἰκίας ἡ κόρη τελούσης ἐς ὑπατικούς. παρατυχὼν οὖν ὁ Απολλώνιος τῷ πάθει, καταθεῖτε, ἔφη, τὴν κλίνην. ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς τῶν ἐπὶ τῇ κόρῃ δακρύων παύσω. καὶ ἅμα ἤρετο ὁ,τι ὄνομα αὐτῇ εἴη. ὁ μὲν δὴ πολλοὶ, ὡς ἔοικε, λόγον ἀγορεύειν αὐτῷ, οἷοι τῶν λόγων ἐπικήδειοι, ἢ τὰς ὀλοφύρσεις ἐλείροντες· ὁ δὲ, οὐδὲν ἀλλ' ἢ θερμαφάμενος αὐτῆς· καί τι ἢ ἀφανῶς

χ. τῇ κόρῃ ἐπειπὼν, ἀφύπνισε τὴν * κόρην τοῦ δοκοῦντος θανάτου. ὁ φωνήν τε ἡ παῖς ἀφῆκεν, ἐπανῆλθέ τε ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ πατρὸς, ὡς Αλκηστις ὑπ' Ηρακλέους ἀναβιωθεῖσα. δωρεμένων δὲ αὐτῷ τῶν ξυγγενῶν ἡ κόρης μυριάδας δεκαπέντε, φερνὴν, ἔφη, ἐπιδίδοναι αὐτὰς τῇ παιδί. καὶ εἴ τε σπινθῆρα τῆς ψυχῆς εὗρεν ἐν αὐτῇ, ὃς, ἐλθὼν τοῦ θερμαίνοντος· λέγεται γὰρ ὡς ψεκάζοι μὲν ὁ Ζεὺς, ἡ δὲ, ἀτμίζοι δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, εἶτ' ἀπεσβηκυῖαν τὴν ψυχὴν ἀθροίσαι τε, καὶ ἀνάλαβεν· ἄρρητος ἡ κατάληψις τοῦτου γέγονεν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρατυχοῦσιν. ἐτύγχανε δὲ καὶ τὸν χρόνον τοῦτον, καὶ Μουσώνιος κατειλημμένος

A ALIVD præterea ab Apollonio miraculum tale factum eſt. Puella quædam ipſo nuptiarum tempore mori viſa eſt, quam pheretro impoſitam ſponſus lugens ſequebatur de nuptiis imperfectis multùm conquerens, & grauiter dolens: *vnà etiam cum eo Roma lamentabatur*. Habitabat autem puella in domo Conſulari. Huic igitur funeri occurrens Apollonius, De-
B ponite pheretrum, inquit. Ego enim veſtras pro puella lachrymas ſedabo. & ſimul quodnam puellæ nomen eſſet, interrogauit. Plerique igitur illum orationem habiturum putabant, qua mœrentium lachrymas dolorémque ſedaret. Ipſe verò puellam attrectans, atque aliquid illi ſecretò admurmurans, ab ea, quæ videbatur, morte re-
C uocauit: quæ ſtatim etiam loqui incipiens, in paternam domum rediit, ſicut Alceſte quondam ab Hercule in vitam reſtituta. Cúmque puellæ parentes drachmarum millia quindecim Apollonio donarent, ipſe pro dotis acceſſione puellæ pecunias largiri dixit. Vtrum verò ſcintillam animæ in ipſa inuenerit, quæ miniſtros, medicóſque latuerat, ſiue decidens fortè pluuia diſ-
D perſam & pene iam extinctam animam calefaciens in vnum congregauerit, difficile coniectatu eſt non mihi ſolùm, verumetiam iis, qui rei videndæ interfuerunt. Id autem ſatis conſtat, dum funus efferretur fortè pluiſſe. *& puellæ faciem rore irrigatam fuiſſe.* Erat quoque temporibus illis Muſonius in Neronis

carcere detentus, quem in philosophia perfectissimum esse asserunt. Hi coram inter se loqui non potuerunt recusante Musonio, ne maius vtrique periculum ea res afferret, sed per epistolas mutuò collocuti sunt, Menippo, Damidéque ad carcerem venientibus. Nos verò de rebus non magnis epistolas omittentes eas, quæ plus grauitatis habere visæ sunt, interposuimus, ex quibus magnum quid de illius sapientia possumus coniectare.

A ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις τῷ Νέρωνι, ὃν φασι τελεώτατα ἀνθρώπων φιλοσοφῆσαι. καὶ φανερῶς μὲν οὐ διελέγοντο ἀλλήλοις, φοβούμενοι τοῦτο, ὡς μὴ ἀμφω κινδυνεύσειαν, ἐπιστολιμαίους δὲ τὰς ξυνουσίας ἐποιοῦντο, φοιτῶντος ἐς τὸ δεσμωτήριον τοῦ Μενίππου, καὶ τοῦ Δαμίδος. τὰς δὲ οὐχ ὑπὲρ μεγάλων
B ἐπιστολὰς ἐόντας, τὰς ἀναγκαίας παραθησόμεθα, κἀξ ὧν ὑποπτήσειέ τις καταδεῖν μέγα.

APOLLONIVS MVSONIO Philosopho, Salutem.

Volueram ad te veniens & sermonis, & domus particeps fieri, modò quippiam iuuare te possem: quòd si non diffidis posse me tanquam Herculem ab inferno Theseum liberare, scribe quid fieri velis. Vale.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΜΟΥσωνίῳ φιλοσόφῳ, χαίρειν.

Βούλομαι πρὸς σὲ ἀφικόμενος, κοινωνῆσαί σοι λόγου, καὶ σχολῆς, ὡς τε ὀνῆσαί μί σε· εἰ γε μὴ ἀπιστεῖς, ὡς
C Ἡρακλῆς ποτε Θησέα ἐξ ᾅδου ἐλύσατο. γράφε τὴ βουλῇ. Ἔρρωσο.

MVSONIVS APOLLONIO Philosopho, Salutem.

Pro iis quæ cogitasti, laudem *obtinebis*: vir autem excusatum sese reddere expectans, cùm nihil se deliquisse palam ostenderit, seipsum liberabit. Vale.

ΜΟΥΣΩΝΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙῼ φιλοσόφῳ, χαίρειν.

Ὧν μὲν συνῳήθης, ἀποκείσεταί σοι ἔπαινος· αὐτὸς δὲ ὑπομένων ἀπολογίαν, καὶ ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ δείξας; ἑαυτὸν λύσει. Ἔρρωσο.

D

APOLLONIVS MVSONIO Philosopho, Salutem.

Socrates Athenienſis, cùm è carcere ab amicis liberari noluisset, in iudicium processit, & tamen mortuus est. Vale.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΜΟΥσωνίῳ φιλοσόφῳ, χαίρειν.

Σωκράτης Ἀθηναῖος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ φίλων λυθῆναι μὴ βουληθείς, οὐ παρῆλθε μὲν ἐς δικαστήριον, ἀπέθανε δέ. Ἔρρωσο.

A

ΜΟΥΣΩΝΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩ, ΧΑΙΡΕΙΝ.

Σωκράτης ἀπέθανεν, ἐπεὶ μὴ προεσκεύασεν ἑαυτῷ ἀπολογίαν· ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι. Ἔρρωσο.

Ἐξελαυνόντος δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα τοῦ Νέρωνος, καὶ προηρυξάντος δημοσίᾳ μηδένα ἐμφιλοσοφεῖν τῇ Ῥώμῃ· τρέπεται ὁ Ἀπολλώνιος ἐπὶ τὰ ἑσπέρια τῆς γῆς, ἃ φασιν οἱ ζε- B
κ. πύλαις, θας τὰς *στήλας, τὰς ἀμπώτεις τοῦ Ὠκεανοῦ ἐπισκόπους, καὶ τὰ Γάδειρα. καὶ γάρ τι καὶ περὶ φιλοσοφίας τῶν ἐκείνῃ ἀνθρώπων ἤκουεν, ὡς εἰς πολὺ τοῦ εἰκὸς προηκόντων. ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ οἱ γνώριμοι πάντες, ἐπαινοῦντες καὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ τὸν ἄνδρα.

MVSONIVS APOLLONIO Philosopho, Salutem.

Socrates mortuus est, quoniam sibi defensionem nullam parauit. Ego autem meipsum excusando defendam. Vale.

Transmissurus in Græciam Nero publicè per præcones edixit, ne quis philosophus intra mœnia permaneret. Quæ res Apollonium ad occidentales orbis partes conuertit, vbi columnis quibusdam terminari dicunt ; *vt Oceani refluxus inspiceret ; & Gades*. Multa namque de philosophia illic degentium hominum audiuerat, quódque magnam de rebus diuinis cognitionem haberent. Secuti autem sunt illum amici omnes, & peregrinationem, & viri mentem laudantes.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΒΙΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ Ε'.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI, LIBER QVINTVS.

De Columnis Herculis, & Abyla, & Calpe promontoriis : de cauſa acceſſus & receſſus Oceani : tum quando animæ non deſerant morientia corpora : hinc de Gadibus, de inſulis fortunatis, de Aris Senectæ, artis, paupertatis : de Hercule Ægyptio, & Thebano, de Geryone. Græcos præterea eſſe, qui Gades incolunt. Deinde de arboribus ſanguine manantibus.

CAPVT PRIMVM.

DE columnis, quas veluti terræ terminos poſuiſſe Herculē ferunt, fabulosè dicta prætermittentes, quæ auditu, narratúque digna comperi, deinceps explicabo. Europæ, Africæque promontoria ſtadiorum ſexaginta fretum continentia, Oceanum ad ea quæ intra terram ſunt, maria immittunt. Et Africæ quidem promontorium, nomine Abinna, leones continet in ſuperciliis montium habitantes. eius montis interior pars ad Getulos, Tingáſque pertinet, gentes efferas, atque Afras. Per Oceanum verò nauigantibus ſtadia nonaginta protenditur vſque ad Salecis fluminis oſtia. Illinc autem quantum vlterius protendatur, non facilè conijcere quiſquam poſſet. Nam poſt eum, quem nuper diximus, fluuium, inacceſſibilis Africa eſt: nec homi-

A ΠΕΡΙ δὲ τῶν ςηλῶν, ἃς ὅρια τῆς γῆς Ⓦ Ηρακλέα φασὶ πήξαϑαι, τὰ μὲν μυϑώδη, ἐῶ. τὰ δ' ἀκοῆς, καὶ λόγου ἄξια, δηλώσω μᾶλλ Ⓦ. Εὐρώπης, καὶ Λιβύης ἄκρας ςαδίων ἑξήκοντα πορθμὸν ἐπέχουσαι τὸ Ὠκεανοῦ, ἐς τὰ κ. ἐκτὸς ἔξω πελάγη φέρουσι. καὶ τὴν μὲν τῆς Λιβύης ἄκραν, ὄνομα ᾧ αὐτῇ Αβιννα,
B λέοντες ὑπερνέμονται· ἐπὶ τὰς ὀφρῦς τοῦ ὄρους, ἃ εἴσω ὑπερφαίνει, ξυνάπτουσαν πρὸς Γαιτούλους, καὶ Τίγας, ἄμφω ἐπελαύνη, καὶ Λιβυκὰ ἔθνη. Ἐκτείνει δ' ἐπὶ πολὺ Ⓦ Ὠκεανὸν, μέχρι μὲν τῶν ςηλῶν τῶν Σαλήκης, σταδίων κόσια ςάδια. τὸ δ' ἐντεῦϑεν, οὐκ ἂν ξυμβάλοι τις ὁπόσα. μετὰ γὰρ Ⓦ τὸν ποταμὸν τοῦτον, ἀβίατος ἡ Λιβύη, καὶ

κἀπὶ αὖθις ποι. τὸ δὴ τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται Κάλπις, δεξιᾷ μὲν ἐπέχει τὸν ἔπλουν σταδίων ἑξακοσίων μῆκος, λήγει δὲ ἐς τὰ ἀρχαῖα Γάδειρα. τὰς δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ ἐκβολὰς, ἃς αὐτὸς μὲν περὶ Κελτοὺς εἶδον, οἵαις λέγονται. τὴν δὲ αἰτίαν ὑπὲρ πολλὰ εἰκάζων, διὰ τὸ ἄπειρον οὕτω πέλαγος ὑποχωρεῖ τε, καὶ ἀναδύεται, δοκῶ μοι (ν) Ἀπολλώνιον ἐπεσκέφθαι τὸν ὄν. ἐν μιᾷ γὰρ τῶν πρὸς Ἰνδοὺς ὑποστολῶν, τὸν Ὠκεανὸν φησὶν ὑφύδροις* ἐλαυνόμενον πνεύμασιν ἐκ πολλῶν χασμάτων, ἃ ὑπ' αὐτῷ τε, καὶ περὶ αὐτὸν ἡ γῆ πρόσκειται, χωρεῖν ἐς τὸ ἔξω, εἶτ' ἀναχωρεῖν πάλιν, ὑπ' ὤσπερ ἄσθμα ὑπονοσήσαν τὸ πνεῦμα· πεσόντας δὲ αὐτὸ καὶ τὴν νοσούντων πρὸς Γάδειρα. τὸ γὰρ χρόνον, ὃν πλημμυρεῖ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἀπολείπουσιν αἱ ψυχαὶ τοὺς ἀποθνήσκοντας· ὅπερ οὐκ ἂν ξυμβαίνοι, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπεχώρει. ἃ δὲ περὶ τὴν σελήνην φασὶ φαίνεσθαι, πλησμονήν τε, καὶ πλησμονήν, καὶ φθίνουσαν, ταῦτα περὶ (ν) Ὠκεανὸν οἶδα. τὰ γὰρ σκιερὰ ἴσα μέρη, ξυμμινύθων αὐτῇ, καὶ ξυμπληρούμενος. ἡμέρᾳ δὲ σκιὰ ἐκδέχεται νύκτα, καὶ νὺξ τὴν ἡμέραν· περὶ Κελτοὺς μὲν καταλείπουσι τοὺς σκότους, ἢ τοῦ φωτὸς, ὥσπερ ἐνταῦθα. περὶ Γάδειρα δὲ, τὸ στίλας, ἀθρόως λέγουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπτειν, ὥσπερ αἱ ἀστραπαί. φασὶ δὲ τὰς μακάρων νήσους ὁρίζεσθαι τῷ Λιβυκῷ τερμάτι, πρὸς τὸ ἀοίκητον ἀνεχούσας ἀκρωτήριον. τὰ δὲ Γάδειρα κεῖται μὲν κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης τέρμα· θεῖοι δέ εἰσι τὰ θεῖα.

* ἐφύδρ.

A nes vltra reperiuntur vlli. Europæ promontorium Calpis dictum dextera nauigationem continet ſtadiorum ſexcentorum : terminatúrq. ad antiquas Gades. Oceani verò conuerſiones ipſe quoque apud Celtas tales aſpexi , quales etiam fama feruntur. Cauſam verò ſæpenumero contemplatus , ob quam tam vaſtum pelagus accedat , recedátque , adinueniſſe Apollonium cenſeo , qui in earum vna , quas ad B Indos ſcripſit epiſtola, ſic ait: Oceanus à ſpiritibus ſub aqua exiſtentibus impulſus ex multis hiatibus , qui partim ſub ipſo, partim in terra circa ipſum ſunt , ad exteriora diffunditur , ac rurſus retrocedit : poſtquam velut anhelans , quem diximus , ſpiritus recedit. Huic opinioni fidem facit id , quod apud Gades ægrotantibus contingit. Nam quo tempore excreſcens aqua regionem inundat , animæ morientes non deſerunt. Quod profectò C non cueniret , niſi ſpiritus ipſe in terram ſecederet. Quæ autem circa Lunam apparere dicunt naſcentem , plenam , & decreſcentem , eadem omnia circa Oceanum fieri animaduerti. Eius enim menſuras ſequitur , ſimul cùm ipſa decreſcens, augeſcénſque, & nox diem, rurſúſque dies noctem excipit. Apud Celtas quidem perparum lumine , aut tenebris variantibus , ſicut hic etiam accidit. Circa Gades autem & columnas *crebrò* tanquam fulgura ante oculos cadere D dicuntur. Perhibent quoque beatorum inſulas Africæ lateribus diffiniri , ad inhabitabilem promontorij partem vergentes. Gades autem in Europæ lateribus poſitæ ſunt. Qui verò illas incolunt, non religioſi tantùm , ſed & ſuperſtitioſi homines habentur. Senectæ

namque aram dicarunt , ſolíque hominum feſtis cantibus mortem collaudant. Sunt quoque apud ipſos arti & paupertati aræ poſitæ , ſicut Ægyptio , & ſeorſum Thebano Herculi. Alterum namque finitimam vſque Erythiam penetraſſe ferunt eum Geryone , ciuſque boues captiuos duxiſſe. Alterum verò ſapientia excellentem , totum terræ ambitum dimenſum eſſe. Præterea qui Gades incolunt Græci eſſe perhibentur , noſtróque more eruditi : maximè Athenienſes præter ceteros Græcos venerari : Idcirco Mneſtheo Athenienſi ſacrificare. Themiſtoclem quoque tanquam maritimum bellatorem egregium ſapientiæ , fortitudiníſque gratia venerantes æneum ſtatuerunt , eíque tanquam oraculo reuerenter aſſiſtunt. Arbores etiam illic eſſe tradunt , quæ nuſquam alibi terrarum inueniuntur. Appellari autem Geryonas , & duas tantùm eſſe. Ortæ ſunt autem iuxta ſepulchrum , quod illi Geryoni ſtatuerunt , ſpeciem ex pinu , piceáque commiſtam habentes , ſanguinem verò ſtillare , ſicut *Heliadem* populum auro manare dicunt. Inſula verò , in qua templum eſt , æqualis eſt magnitudine ipſi templo. Nulla autem eius pars eſt petroſa , ſed leui , politóque ſolo. Colunt autem in eodem templo ambos Hercules. Simulachra autem illis nulla ſunt : ſed Ægyptio quidem aræ ſunt duæ æneæ abſque ſimulachro ; Thebano autem vna tantùm. Hydræ inſuper , & Diomedis equi , & duodecim Herculis opera ex lapide ſculpta conſpiciuntur. Pygmalionis inſuper aurea oliua in ipſo Herculis templo poſita eſt , mirabili , vt aiunt , arte fabricata : cuius præcipua pulchritudo in fructuum

A χήρως οὖν βωμὸν ἵδρυν̃ται, ⁊ τ̃ θανάτον μόνοι ἀνθρώπων παιανίζον̃. βωμοὶ δὲ σφεῖν ⁊ πενίας, ⁊ τέχνης, ⁊ Ηρακλέους Αἰγυπτίου, ⁊ ἕτεροι τ̃ Θηβαίου· τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν Ερυθραν ἐλάσαι φασὶν, ὅτε δὴ τ̃ Γηρυόνην τε, ⁊ τὰς βοῦς ἐλεῖν· τ̃ δὲ σοφίᾳ δόντα, γῆν ἀναμετρήσασθαι πᾶσαν ἐς τέρμα· ⁊ μὴν καὶ Ελληνικοὺς εἶν̃ φασι τὰ Γάδειρα, ⁊ παρ' ὐτοὺς τὸν ἠμεδαπὸν τόπον· ἀσπάζεσθαι οὖν Αθηναίους Ελλήνων μάλιστα, ⁊ Μενεσθεῖ τῷ Αθηναίων ἡγεμ. καὶ Θεμιστοκλέα τ̃ *ναύαρχον, σοφίας τε, ⁊ ἀνδρείας ἀγαθέντες, χαλκῆν ἵδρυν̃το, ⁊ σίννιν*, ὥσπερ χρησμῷ ἐφέσαν̃. ἰδεῖν ⁊ δένδρα φασὶν σύνταῦθα, οἷα οὐχ ἑτέρωθι τῆς γῆς· ⁊ Γηρυόνια μὲν καλεῖσθαι αὐτὰ, δύο ὄν̃τα. φύεσθαι δὲ τ̃ σημαίνος, ὁ ἐπὶ τῷ Γηρυόνῃ ἕστηκε, παραλλάττοντα* ἐκ πίτυος τ̃, ⁊ πεύκης ἐς εἶδος ἕτερον. λείβεσθαι ὀ αἷμα, καθάπερ τῷ χρυσῷ τ̃ Ηλιάδα ἀμάρον. ἡ δὲ νῆσος, σὺν ᾗ τὸ ἱερὸν, ἔστι μὲν ὁπόση ὁ νεὼς, περῴδες δὲ αὐτῆς οὐδέν, ἀλλὰ βαλβίδι ξυνῆ εἰκασαι. σὺν ὄ τῷ ἱερῷ, πᾶσθαι μὲν ἄμφω τὼ Ηρακλέε φασὶν, ἀγάλματα ὀ αὐτοῖν οὐκ εἶν̃ B βωμοὶ δὲ, ⁊ μὲν Αἰγυπτίου, δύο, χαλκοῖς, ⁊ ἀσήμοις· σὺν ὄ τ̃ Θηβαίου. τὰς ὄ ὕδρας τε, ⁊ τὰς Διομήδους ἵππους, ⁊ τὰ δώδεκα Ηρακλέους ἔργα, ἐκτετυπῶσθαι φασι ⁊ ταῦτα, λίθου ὄντα. ἡ Πυγμαλίωνος ὀ ἐλαία ἡ χρυσῆ, ἀνάκειται ὀ κἀκείνη ἐς τὸ Ηράκλεον, ἄξια μὲν ὡς φασι καὶ τ̃ ἄλλου θαυμάζειν, ὡ εἰκασαι, θαυμάζεσθαι C

* καὶ μεγ. χρ. ἐν, ε.

* παραλλάττοντα. ἐκ πίτυος τε καὶ πεύκης κ. ἐλάτης τε

δι' αὐ ὑπὲ τῷ καρπῷ μᾶλλ(ω). βρύει γὸ αὐτὸν Σμαραγδου λίθε. κὴ Τεύκρε τε Τελαμωνίε ζωσπερα χρυσᾶν φασι δείκνυσθ. πῶς ὃ ἐς (Ω) Ωκεανὸν πλεύσαντος, ἢ ἐφ' ὅ,τι, οὔτε αὐτὸς ὁ Δάμις ξυνιδεῖν φησιν, οὔτε ἀκηκοέναι. τὰς ὃ ἐν τῷ ἱερῷ στήλας, χρυσοῦ πεποιῆσθαι, ⁊ ἀργύρε, ξυντετηκότοιν ἐς ἓν χωνευμα. εἶναι δὲ αὐτὰς ὑπὲρ πῆχυ, τετραγώνε τέχνης, ὥσπερ (Δ) ἄκμονες· ὑπογεγράφθαι δὲ τὰς κεφαλὰς οὔτε Αἰγυπτίοις, οὔτε Ινδικοῖς χράμμασιν, οὔτε οἵοις ξυμβαλεῖν. ὁ δὲ Απολλώνιος, ὡς οὐδὲν (Δ) ἱερεῖς ἔφρασε(ν), οὐ ξυνεχωρεῖ μοι, ἔφη, ὁ Ηρακλῆς ὁ Αἰγύπτιος, μὴ οὐ λέγειν ὁπόσα οἶδα· γῆς ⁊ Ωκεανοῦ ξυνδεσμοί αἵδε αἱ στῆλαί εἰσιν. ἐγράψατο ὃ αὐτὰς σκεῖν(Θ) ἐν μοιρῶν οἴκῳ· ὡς μήτε νεῖκος τοῖς στοιχείοις ἐγείνοιτο, μήτε ἀπιστοίη τινὶ φιλότης, ἣν ἀλλήλων ἔχουσι.

opere conſpicitur, qui ex lapide Smaragdo confecti, [veris oliuis ſimillimi apparent.] Teucri etiam Telamonij Baltheus aureus eodem in loco monſtratur. Quomodo autem, aut qua de cauſa ad Oceanum peruenerit, nec ipſe Damis inueniſſe teſtatur, nec vnquam aliquid ex Apollonio audiuiſſe. Quæ autem in templo ſunt columnarum ſimulachra, ex auro argentóque ſimul fuſo, & in vnum colorem redacto facta eſſe narrat. Eſſe autem quadrangulares velut incudes: & eorum capita literis inſcripta ſunt non Ægyptiis, neque Indicis, neque ab aliquo penitus cognitis. Apollonius autem, cùm de hac re ſacerdotes nihil dicerent, Non permittit me, ait, Ægyptius Hercules tacere, quæ ſciam. Hæ columnæ terrarum Oceaníque vinculum ſunt. Ipſe verò Hercules in domo Parcarum inſcripſit, ne qua elementis contentio accederet, neque amicitiam diſiungant, qua inuicem tenentur.

De Bæti flumine, vnde Bætica regio. Inde de Nerone in Olympiis, Elienſibúſque ludis. Tum de Iſthmi ſectione. CAP. II.

ΦΑΣΙ ὃ καὶ (Π) ποταμὸν ἀναπλεῦσαι τὸν Βαῖτιν, ὃς δηλοῖ μάλιστα τὴν (Ω) Ωκεανοῦ φύσιν. ὑπὸ γὸ πλημμύρης τὸ πέλαγος, ὑπὸ τὰς πηγὰς ὁ ποταμὸς παλίρροις ἴεται, πνεύματός δήπε ἀπωθουμένε αὐτὸν τῆς θαλάττης. τὴν δὲ ἤπειρον τὴν Βαιτικὴν, ἧς ὁ ποταμὸς ἐστὶ ὁμώνυμος, ἀρίστην ἠπείρων φασί. πόλεών τε γὸ εὖ ἔχειν, ⁊ νόμων, ⁊ δῆχθαι (Π) ποταμὸν ἐς τὰ ἄστυ πάντα. γεωργίας τε

NAVIGAVERVNT quoq. fluuium Bætim, qui maximè Oceani naturam erga fluxum, refluxúmque declarat. Excreſcente enim pelago verſus fontes ex quibus oritur, fluuius fertur ſpiritu quodam ipſum à mari depellente: regionem verò ab eo flumine Bæticam cognominatam optimam, vberrimámque eſſe tradunt, ciuitatibúſque, & paſcuis abundantem. Deriuatur autem fluuius per omnes vrbes. Agri verò egregiè culti, affa-

tim omnia ferunt. Cœli tẽperies talis
eſt, qualis autumni tẽpore in Attica
myſteriorũ initijs eſſe ſolet. Diſputatio-
nes cõplures illic habitas ſcribit Da-
mis. Ego autem, quæ memoratu
dignæ viſæ ſunt, referam. Cùm ali-
quando Apollonius, comitéſque in
Herculis templo ſediſſent, ſubri-
dens Menippus, quia ſibi Nero in
mentem venerat, Quid, inquit, ô
ſocij nunc agere cenſemus genero-
ſum Imperatorem, quas certami-
num coronas accipere, optimos au-
tem Græcos nónne maximo cum
riſu ad Panegyricos ludos putamus
accedere? Tunc Apollonius: Au-
diui ex Teleſino, Elienſium lora
Imperatorem extimeſcere. Cùm e-
nim aſſentatores ipſum hortarentur, vt in Olympiis decertans victricem Romam præconis voce prædicari faceret: Modo mihi, inquit, Elienſes non inuiderent. Feruntur enim verberibus cædere, qui errauerint, atque etiam meipſo elatiores eſſe. *multa quoque alia his ſtultiora pronunciauit.* Ego autem futurum dico, vt in Olympiis quidem vincat Nero. Quis enim vſque adeò temerarius eſſet, vt ſe illi auderet opponere? Quòd autem Olympia vincat, minimè futurum vnquam arbitror: quineriam ludos ipſos, nec ſtatuto tempore celebrant. Cùm enim conſuetudo exigat circa finem anni ludos celebrari, Nero Elienſes iuſſit in aduentum ſuum illos differre, ita vt ſibi potius, quàm Ioui ſacrificaturi videantur. Tragœdorum præterea, & Citharœdorum propoſuit certamina apud viros, quibus nec theatra ſint, nec ſcenæ ad eiuſmodi ludos peragendos idoneæ: ſed natiuum duntaxat ſtadium, nudáque omnia patent. atque hoc agit, vt victoriam quærat ex iis, quæ occulère magis deceret. quippe qui Auguſti, Iuliíque habitu depoſito

A ξυμπάσης μεσ-λὼ εἶ), καὶ ὡρῶν,
οἵαν τῆς Ἀτ-ικῆς αἱ μετοπώρειναί * τ, κ. μετὰ τε-
καὶ μυσηριώτιδες. διαλέξεις ὀ τῷ
Ἀπολλωνίῳ ὧδε ἐν τῷ ἐκεῖ παρα-
πεσόντων ὁ Δάμις, πλείους μὲν γε-
νέσθαι φησὶν, ἀξίας δὲ τε ἀνάγρα-
ψαι τάσδε. καθημένων αὐτῷ ἐς τὸ
Ηρακλειον, διαγελάσας ὁ Μενίπ-
πος, διεμέμνητο δὲ ἀρα τῦ Νέρω-
B νος, τί, ἔφη, τ' γυναῖ@ ἡγούμθα;
πανας, ἔφη, ἐστεφανῶσθαι τῷ ἀγῶ-
νων; σὺ ὀ βελτίους Ελλωας, οὐ
ξυὼ ὅλῳ γέλωτι φοιταῖ ἐς τας πα-
νηγύρεις; ὁ ὀ Ἀπολλώνι@, ὡς μὲν
ἐγὼ, ἔφη, Τελεσίνε ἤκου@, δέδιεν
ὁ ζῆνος Νέρων τας Ηλείων μάστι-
γας. @ρακελθομένων γὰρ αὐτῷ τῷ
κολάκων νικᾶν τὰ Ολύμπια, ἢ ἀνα-
C κηρύτθην τὶν Ρώμλω'λῶ γε, ἔφη, με
βασιλεύσειν Ηλεῖοι· λέγον@ γὸ μα-
στιγοῦν, ἢ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμέ. πολλὰ
ὀ ἢ ἄλλα ἀνοητότερα τούτων προανε-
φώνησεν. ἐγὼ δὲ, νικήσειν μὲν Νέ-
ερονα ἐν Ολυμπίᾳ φημί. πῶς γὸ ἔτω
φρασὺς, ὡς ἐναντία θεᾷς; Ολύμπια
δὲ ὐ νικήσειν, ἅτε * μηδὲ ἐν ὥρᾳ ἀγου- ἰσ. ἀφ μὲ
σι. πατρίοις μὲν γὸ τοῖς Ολυμπίοις ἔ
πρῖσιν ἐναυ@ ὄντος, ἐκέλευσε τοὺς Η- κ. Ηρα-
D λείους * Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ ἐς κλειους
τ' ἑαυ@ ἐπίδημίαν, ὡς ἐκείνῳ μᾶλ-
λον, ἢ τῷ Διὶ θύσοντας. τραγῳδίαν
δ' ἀπαιδείλαν, καὶ κιθαρῳδίαν, οἷς
μήτε θεάτρον ἔστ, μήτε σκηνὴ πρὸς
τὰ τοιαῦτα· σταδι@ δὲ αὐτοφυὲς,
ἢ γυμνὰ πάντα. @ ὀ, νικᾶν ἃ χρὴ
ἐγκαλύπτεσθαι, καὶ τὸν Αὐγούστου
τε, καὶ Ιουλίου σκευὴν ῥίψαντα,

A modestiæ maioris iudicium de Diis omnibus bene loqui, Athenis præsertim, vbi etiam ignotis Diis aræ sunt constitutæ.

De Memnone Auroræ filio & eius statua loquente, falsúmque esse illum vnquam iuisse ad Troiam, sed regnasse ætates quinque in Æthiopia. Item de pœna quæ homicidæ afficiuntur in Æthiopia: quidque prædixerit de homicida quodam Apollonius. CAP. III.

Τοσαῦτα ἐς τὸν Τιμασίωνα αὐτῷ ἐσουδάσθη· πλεῖω δὲ καὶ Ἱππόλυτόν γε *ἐκάλει αὐτὸν διὰ τοὺς ὀφθαλμούς, οἷς πλεῖω μητρυιὰ εἶδεν· ἐδόκει δὲ καὶ σώματος ἐπιμεληθῆναι, καὶ γυμναστικῆς ἐπαφροδίτως ἅψασθαι. ἐπὶ τούτῳ ἡγεμόνι ἐλθεῖν φασιν ἐς τὸ τέμενος τοῦ Μέμνονος. ἔστι δὲ τοῦ Μέμνονος, τάδε ἀναγράφει Δάμις. ἦσαν μὲν παῖδα γενέσθαι αὐτὸν, ἀποθανεῖν δὲ καὶ ἐν Τροίᾳ, ὅπου μηδὲ ἀφικέσθαι ἐς Τροίαν, ἀλλ' ἐν Αἰθιοπίᾳ τελευτῆσαι, βασιλεύσαντα Αἰθιόπων γενεὰς πέντε. οἵδε ἐπειδὴ μακροβιώτατοί ἀνθρώπων εἰσὶν, ὀλοφύρονται τὸν Μέμνονα, ὡς νομιδὴ νέον, καὶ ὅσα ἐπὶ ἀώρῳ κλαίουσι· τὸ δὲ χωρίον, ἐν ᾧ ἵδρυται, φασὶ μὲν προσοικέναι ἀρχαῖα, οἷα τοῦ ἀρχαίου ἐν πόλεσί ποτε οἰκηθείσαις λείποντα, σηλῶν ἐπέχομαι τρύφη, καὶ τειχῶν ἴχνη, καὶ θάκοις, καὶ φλιαῖς· Ἑρμοῦ δὲ ἀγάλματα, τὰ μὲν, ἐπὶ χεῖρον διεφθορότα, τὰ δὲ, ἐπὶ χρόνου· τὸ δὲ ἄγαλμα τετράφθαι πρὸς ἀκτῖνα, μήπω γλυφάσκον· λίθου δὲ ἐστὶ μέλανος. ξυμβεβηκέναι δὲ καὶ πόδε ἀμφω, καὶ τὴν ἀγαλματοποιίαν πλεῖω

B TALIA de Timasione philosophatus est Apollonius; Hippolytum etiam ipsum appellans propter oculos, quibus nouercã aspexit. Constabat autem illum quandoq. in gymnastica corpus venustè exercuisse, Hoc igitur duce in Memnonis templum venerunt, de quo talia Damis refert, fuisse Memnonem Auroræ filium: occubuisse verò non apud Troiam, quò etiam neque veniisse illum vnquam constat; sed in Æ-
C thiopia, cùm regnasset apud Æthiopes per generationum quinque spatium. Ipsi tamen Æthiopes, quoniã supra ceteros homines longissimæ sunt vitæ, quasi in adolescentia Memnonem lugent, & quæcunque in acerbo funere dici solent, conqueruntur. Locum enim vbi templum fundatum fuerat, antiquo foro similem dicunt esse. Extant eiusmodi fora quædam in vetustissimis ciuitatibus, vbi & columnarum visuntur fragmenta, & parietum quæ-
D dam vestigia. Præterea sedes, & limina & Mercurij simulachra partim manu, partim vetustate consumpta illic etiam conspici dicunt. Ipsius verò Memnonis statua adolescentis impuberis imaginem referens, *ad Solis radios conuersa est*. Est autem ex nigro lapide fabricata, atque vtroque pede solum attingens

iuxta Dædali ſtatuariam artem. Erectæ autē manus ſedi innitūtur, hominis ſurgere volentis ſimilitudinē exprimentes. Oculorū autem & totius oris imaginem quaſi loquuturi hominis eſſe perhibetur. & hæc quidem antea minorē ipſi dabant admirationem quòd nondū actuoſa videretur, & quātum artis operi ineſſet ignorarent. Cùm verò Solis radius ſtatuam attingeret (id autem circa Solis ortum euenire perhibent) tum verò ſupra modum admirabilis viſa eſt. Tunc enim ſtatuam loqui perhibent, vbi primùm Solis radius ad eius os peruenit. Eius oculi ſplendentes, lætíque ad Solem expoſiti ſunt, ſicut eorum qui valde Solis aſpectū tolerare poſſunt. *ac tunc quidem cōuenire eum dicunt, quod Soli aſſurgere videatur: vt qui erecti numen colunt.* Sacra igitur Æthiopi Soli, & Mēnoni Eoo fecerunt. ſic enim ea numina ſacerdotes cognominant, hunc quidē ex matris *Aurorę* nomine, illum autem quòd ea maximè loca perurat, & calefaciat. Poſt id camelis deuecti ad gymnoſophiſtarum loca proficiſcebantur. Fortè autem illis fit obuiam vir habitu Memphitico indutus, & erranti *potius, quam ad certū locum contendēti.* Hunc ſocij Damidis, quiſnā eſſet, & quam ob rem erraret, interrogarunt. Quibus Timaſiō, Me potius, quàm ipſum interrogetis oportet. Ipſe enim ob pudorem nunquam vobis calamitatē ſuam aperiret. Ego autem optimè virum noui, atque illius infortunium miſeratus, omnia quæ illi contigerint, explicabo. Hic vir quanquam inuitus Memphiticum quendam interfecit, propterea iuxta Memphitarū leges exulat. Iubent enim homicidij reum, ſi inuitus id perpetrauerit, exulare, & ire ad gymnoſophiſtas. Quòd ſi ab illis fuerit abſolutus, tanquam purus expiatúſque in patriam reuerti

Ἐπὶ Δαιδάλου· ℭ τὰς χεῖρας ἀπερείδειν ὀρθὰς ἐς τὸ θᾶκον· καθῆσθαι γὰρ ἐν ὁρμῇ τοῦ ἀναίστασθαι· τὸ δὲ χρῆμα τοῦτο, ℭ τὸν τῷ ὀφθαλμῷ νοῦν, καὶ ὁπόσα τοῦ σώματος ὡς φθεγξαμένου ἄδουσι. καὶ ⓦ μὲν ἄλλον χρόνον ⓦ, ἤθελον θαυμάσαι φασίν· ὅπως γὰρ ἐνεργὰ φαίνεται· περιβαλούσης δὲ τὸ ἄγαλμα τὰς ἀκτῖνος, τοτὲ δὲ μίγνεται πρὸς ἡλίου ἐπιπολάς, μὴ καταφλεῖν τὸ θαῦμα. φθεγξάμενον μὲν γὰρ βραχῆμα τὰς ἀκτῖνος ἐλθούσης αὐτῷ ἐπὶ στόμα· φαιδροὶ δὲ ἰσανται τοῖς ὀφθαλμοῖς δόξαι πρὸς τὸ φῶς, οἷα τῷ ἀνθρώπων ⓐ θεήλιοι. τότε ξωεῖναι λέγουσιν, ὅτι τῷ ἡλίῳ δοκεῖ ἀναίστασθαι, καθάπερ ⓐ τὸ κρεῖττον ὀρθοὶ προσκυνοῦντες. θύσαντες οὖν Ἡλίῳ τε Αἰθίοπι, καὶ ἠῴῳ Μέμνονι, τοτὲ γὰρ ἔφρασεν ⓐ ἱερεῖς, τὸν μὲν, ἀπὸ τοῦ αἴθειν τε, καὶ θάλπειν, τὸν δὲ, ἀπὸ τῆς μήτρος ἐπονομάζοντες· ἐπορεύοντο ἐπὶ καμήλων ἐς τὰ τῶν γυμνῶν ἤθη. ἀνδρὶ δὲ ἐντυχόντες ἐσταλμένῳ ξένον, ὃν περ ⓐ Μεμφῖται, καὶ ἁλύοντι μᾶλλον, ἢ ξυντείνοντι, ἤροντο πρὸς τὸν Δάμιν ὅστις εἴη, ℭ ὅπως πλανᾶται. ℭ ὁ Τιμασίων, ἐμοῦ, φησὶν, ἔφη, πυνθάνεσθε, ἀλλὰ μὴ τούτου. σοῦ μὲν γὰρ ἂν οὐδὲν εἴποι πρὸς ὑμᾶς τὸ ἑαυτοῦ πάθος αἰδοῖ τὴν ξυμφοράς, ἢ κέχρηται. ἐγὼ δὲ γιγνώσκων τὸν ἄνδρα, καὶ ἐλεῶν, λέξω τὰ πρὸς αὐτὸν πάντα. ἀπέκτονε γὰρ Μεμφίτην τινὰ ἄκων. κελεύουσι δὲ ⓐ καὶ Μέμφιν νόμοι τὸν φεύγοντα ἐπ' ἀκουσίῳ, δεῖν μὲν φεύγειν, ἐπὶ τοὺς γυμνοὺς εἶναι· κἂν σὺν ψήφῳ τοῦ φόνου, χωρεῖν ἐς πάτρην, καθαρὸν

γρ. δὲ, γιγνώσκων δὲ τ.

ἤδη, βασίσαντα πρόσθεν ἐπὶ τὸ τῦ πεφονευμένου σῆμα, καὶ σφάξαντα τι σμικρὸν οὐ μέγα. Ὁ δὲ χρόνον, ὃν οὔπω τοῖς γυμνοῖς σύνεσχεν, ἀλᾶσθαι χρὴ περὶ ταυτὶ τὰ ὄρεα, ἔστ' ἂν αὐτὸν δέσωνται, ὥσπερ ἱκέτην. ἤρετο οὖν Τιμασίωνα ὁ Ἀπολλώνιος, πῶς οἱ γυμνοὶ περὶ τῦ φόνου τοῦδε σφίσιν φρονοῦσιν· ὁ δέ, καὶ οἶδα, εἶπε. μιαρὰ γὰρ τουτονὶ ἑβδόμον ἱκετεύει δάφνη, καὶ οὔπω λύσις· οὐ σοφοὺς λέγεις ἄνδρας, ἔφη, εἰ μὴ καθαίρουσιν αὐτὸν, μηδὲ γιγνώσκουσιν, ὅτι Φιλίσκον, ὃν ἀπέκτεινεν οὗτος, ἀνέφερεν ἐς Θαμοῦν τὸν Αἰγύπτιον, ὃς ἐδήωσέ ποτε πρὸ τῆς γυμνῶν χώρας. θαυμάσας οὖν ὁ Τιμασίων, πῶς, ἔφη, λέγεις; ὡς τε, εἶπε, τὸ μειράκιον τι πέπραχται. Θαμοῦν γάρ ποτε νεώτερα ἐπὶ Μεμφίτας πράττοντα, ἤλεγξαν οἱ γυμνοὶ, καὶ ἦρχον ὁ δὲ, ὁρμῆς ἀμάρτων, σμικρὰ πᾶσαν, ἣν οὗτοι νέμονται. λῃστρικῶς γὰρ πρὸς Μέμφιν ἔρρωτο· τούτου Φιλίσκος, ὃν οὗτος ἀπέκτεινεν, ἐκ τοῦδε ἔκγονον τέτον ἀπὸ τῆς δεκάτου, καταράσασθαι δηλαδὴ τούτοις, ὧν ὁ Θαμοῦς τότε διεπόρθει τὴν χώραν· καὶ πολὺ σοφὸν, ὃν στεφανοῦν ἐχρῆν, εἰ μὴ προνοήσας ἀπέκτεινε, τὸν ἀκουσίου μὲν, ὥσπερ αὖπων δ' εἰργασμένον, μὴ καθῆραι. σπλαγχνῶ οὖν τὸ μειράκιον, ξένε, εἶπε, τίς εἶ; καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, ὃν δοκῶ, ἔφη, πρὸς τοῖς γυμνοῖς εἶναι. ἐπεὶ δὲ οὔπω μοι δοκεῖ προσθέγξασθαι τῷ αἵματι, κέλευσον αὐτὸν, ὦ μειράκιον, θαρρεῖν·

A potest, si prius ad occisi tumulum veniens, parui etiam aliquid sacrificauerit. Antea verò quàm à gymnosophistis fuerit absolutus, in his errare montibus ipsum oportet, quoad supplicantis gymnosophistæ misereat. Timasionem interrogauit Apollonius, quid Nudi de hoc exule sentirent. Ille verò ignorare se dixit. Atque hoc tantùm nouisse mensem iam septimum in iis montibus hominem supplicabundum errare, neque adhuc veniam criminis à Nudis meruisse. Tunc Apollonius, Viros, inquit, mihi non sapientes narras, si hunc absoluere cunctantur; neque sciunt Philiscum, quem is interfecit, à Thamo Ægyptio originem trahere, qui Thamus Nudorum regionem quandoque populatus est. Admiratus Timasion, Quid dicis? inquit. Hocipsum, ait Apollonius, quod adolescens ille operatus est. Thamum enim res nouas quandoque apud Memphitas molientem redarguerunt, conuicerúntque gymnosophistæ. Ille verò iudicium effugiens Nudorum omnem regionem vastauit, euasitque apud Memphitas latro insignis: ex huius genere Philiscus natus est, stirpe in tertiamdecimam generationem iam propagata, quem execrabilem iis esse decuit, quorum regionem Thamus vastauit. *quænam ergo sapientia est, eum quem* coronare oportuisset, etiam si consultò illum interfeciisset, *ne inuoluntaria quidem cæde, quæ tamẽ pro ipsismet patrata fuit, expiasse?* Stupens igitur adolescẽs, Quisnam es, inquit, ô hospes? Quem apud Nudos inuenies, ait Apollonius. Sed quoniã mihi nefas est sanguine pollutum affari, bono animo illum esse iube, adolescens; & ex-

& expiationem criminis paulò pòst consecuturum fore nuntia, si eò venerit, quò venire iussero. quò postquàm ille dictis eius obtemperans venit, Apollonius ea mysteria peragens, quæ Pythagoras, Empedocléisque pro expiatione facienda docent, domum redire illum iussit, tanquã crimine absolutum, & expiatum.

A ὡς αὐτίκα δὴ καθαρθέοντα, εἰ βαδίσειν οὗ καταλύω. ἀφικομένῳ δὲ ἐπιδράσας, ὅσα Ἐμπεδοκλῆς τε, καὶ Πυθαγόρας, ὑπὲρ καθαρσίων νομίζουσιν, ἐκέλευσε καταστείχειν ὡς καθαρὸν ἤδη τῆς αἰτίας.

Peruenisse Apollonium ad Gymnosophistas, & quam ob rem illis despectius fuerit. CAP. IV.

POST hæc oriente sole ex eo loco discedentes circiter meridiem, ad Nudorum conclaue peruenerunt. Incolunt autem Gymnosophistæ siue Nudi egregiè formatum à natura collem, parum à Nili ripis distantem. Sapientia verò magis ab Indis superantur, quàm ipsi ceteros Ægyptios eadem superent. Vtuntur autem eo habitu, quo *apricantes Athenis* vti solent. Arbores illic perpaucas regio profert, quamuis ipsi lucum habeant non sanè magnum, vbi de rebus communibus tractatur, Nudi conueniunt. Sacrificia verò non simul vt Indi faciunt, sed alius in alia collis parte, & seorsum quisque studia exercet sua, sicut ab Ægyptiis traditur. Colunt autem omnium maximè Nilum, quem fluuium terram simul & aquam esse arbitrantur. Tugurio sanè, & domo nihil indigent, cùm sub diuo degant. Diuersorium tamen hospitibus constituerunt paruam porticum, & illi æqualem, in quibus apud Elienses Athletæ meridianam præconis vocem expectant. Hoc loco refert Damis Euphratis opus: quod licet ridiculum videatur, æmulationem tamen, ambitionémque ipsius ostendit maiorem multò quàm philosophum deceat. Nam cùm sæpius Apollonium dicentem audiuis-

B ΕΝΤΕΥΘΕΝ ἐξελάσαντες ἡλίῳ ἀνίσχοντος, ἀφίκοντο περὶς μεσημβρίας ἐς τὸ τῶν γυμνῶν φροντιστήριον. εἰσὶ δὲ οἱ γυμνοὶ τούτοις, οἰκεῖν μὲν ἐπὶ λόφου φασὶ ξυμμέτρου, μικρὸν ἀπὸ τῆς ὄχθης τοῦ Νείλου· σοφίᾳ δὲ Ἰνδῶν λείπεσθαι πλέον, ἢ περιεῖναι Αἰγυπτίων. γυμνοὶ δὲ ἐσάλπαι καὶ ταῦτα τοῖς εἰληθερῶσιν Ἀθηναίοις. δένδρα δὲ ἐν τῷ νομῷ ὀλίγα, καὶ ἃ ἄλσος οὐ μέγα, ἐς ὃ ξυνιᾶσιν ἐπὶ τὰ κοινῶν. ἱερεῖα δὲ οὐκ ἐς ταὐτόν, ὥσπερ τὰ Ἰνδῶν· ἄλλο δὲ ἄλλη τοῦ λόφου ἵδρυται σφυδοῦς ἀξιούμενα, ὡς Αἰγυπτίων λόγοι. διεφθάροισι δὲ Νεῖλον μάλιστα· τὸν γὰρ ποταμὸν τοῦτον ἡγοῦνται γῆν, καὶ ὕδωρ. καλύβης μὲν οὖν, ἢ οἰκίας, οὐδὲν αὐτοὶ δέονται, ζῶντες ὑπαίθριοι, καὶ ὑπὸ τῷ οὐρανῷ αὐτῷ· καταγωγὴν δὲ ἀποχρῶσαν τοῖς ξένοις, ἐδείμαντο στοὰν ἐπὶ μεγάλῳ, ἰσομήκη ταῖς Ἠλείων, ἐφ' αἷς ὁ ἀθλητὴς περιμένει τὸ μεσημβρινὸν κήρυγμα. ἐνταῦθά τι ἀναγράφει Δάμις Εὐφράτου ἔργον· ἡγοῦμαι δὲ αὐτὸ μειρακιώδες, ἀλλὰ φιλοπόνου τοῦ φιλοσοφίᾳ περισκοποῦντος. ἐπεὶ γοῦν τοῦ Ἀπολλωνίου θαμὰ ἤκουε, βου-

C

D

λομήδου σοφίαν Ινδικὴν ἀντικρῖναι Αἰγυπτίᾳ, πέμπει παρὰ τοὺς γυμνοὺς Θεμιστόκλεον τὸν Ναυκρατίδος, ὥσπερ διαβολῆς τοῦ ἀνδρός. ὁ δέ, ἥκειν μὲν ὑπὲρ ξυνουσίας, ἔφη, πρὸς αὐτούς, ἀφίξεσθαι δὲ καὶ Τυανέα· τοῦτο δὲ σφίσιν ἀγῶνα ἔχειν οὐ σμικρόν· φρονεῖν γὰρ αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς Ινδῶν σοφούς, οὓς ἐγὼ λόγῳ παντὶ αἴρω, μυρίας δὲ ἐλέγξεις ἐπ' αὐτοῖς συνειδώς, ξυγχωρεῖν τε ὅτε ἡλίῳ ὁδεῖν, οὔτε οὐρανῷ, καὶ γῇ κινεῖν χρή, μὴ ὀχεῖν αὐτὸς ταῦτα, μὴ μεταπίπτειν οἷ βούλεται. τοιαῦτα ὁ Ναυκράτης ξυνθεὶς, ἀπῆλθεν· οἱ δὲ ἐλθὼν ταῦτα ἡγοῦντο, τὸν μὲν ξυνουσίαν, οὐ παρητοῦντο ἥκοντος, ὥσπερ μεγάλων δὲ ἀπορίαν ἐπλάττοντο, καὶ πρὸς σφᾶς εἶ. ἀφίξεσθαι ὃ κἀκεῖνο ἐς λόγους, ὧν χολὴν ἀγάγωσι, μαθόντα τε ὅ, τι βούλεται, μὴ ὅτου ἕρων ἥκει· σπέλυε δὲ ὁ χρὸς αὐτῶν ἥκων, καὶ καταλύσειν αὐτοὺς ἐν τῇ στοᾷ. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὑπὲρ μὲν στέγης, ἔφη, μηδὲν διαλέγου· ξυγχωρεῖ γὰρ πᾶσιν ὁ οὐρανὸς ὁ σύσκιος γυμνοῖς ζῶν· διαβάλλων αὐτοὺς, ὡς οὐ καρτερίᾳ γυμνοὺς, ἀλλ' ἀνάγκῃ. ὅ, τι δ' ἂν βούλωμαι, καὶ ὑπὲρ ὅτου ἥκω, τοῖς μὲν, οὐ θαυμάζω μήπω γιγνώσκοντας· Ινδοὶ δέ με καὶ ἤροντο ταῦτα. ὁ μὲν δὴ Ἀπολλώνιος, ἐνὶ τῶν ἀνδρῶν ὑποκλινθεὶς, ξυνῆν τοῖς ἑταίροις ὁπόσα ἠρώτων. ἀπολαβὼν δὲ Τιμασίωνα ὁ Δάμις, ἤρετο ἰδίᾳ· Φ γυμνοὶ οὗτοι, βέλτιστε, ξυσπέρνας γὰρ αὐτοῖς ἐς τὸ εἰκὸς, τί

A set Euphrates velle se Indorum sapientiam Ægyptiorū sapientiæ conferre, misit ad Nudos Thrasybulum ex vrbe Naucratide oriundum, qui apud illos Apollonium calumniaretur, dicerétq. se colloquij, amicitiæq. iungēdæ causa ad eos venisse, monerétq. paulopost Tyaneum quendam ad eos esse venturum, cum quo magnum ipsis certamen instat: quòd se Tyaneus multò sapientiorem existimat propter Indorum sapiētes, quos ille summis laudib. semper effert. præparasse quoque dicebat illum rationes innumeras, quibus eorum redarguat imperitiam: cedere autem neq. Soli, neq; cœlo, aut terræ, sed illa vehere, moueréq. ac permutare vtcunq. voluerit. His apud Nudos compositis, Thrasybulus Naucratides discessit. Illi autem vera esse quæ audierant existimantes, venientem Apolloniū alloqui recusarūt: sed res magnas inter sese tractare simulantes, tum demum colloquendi facultatē Apollonio facturos dixere, cùm à rebus grauiorib. ocium daretur, si prius tamen intellexissent, quid sibi velit, & cuius rei causa ad eos accesserit. Iussit autē, qui Nudorū mandato illum excepit, interea in porticū, quā diximus, permanere. cui Apollonius, De tecto, inquit, mentionē facere tibi non est opus: *nam omnibus concedit hic Nudos viuere* cœli conditio. (his verbis Nudos *perstringens*, quòd non propter tolerantiā, sed propter necessitatem Nudi manerēt) Quid autē velim, aut cuius rei causa huc venerim, ipsos non cognoscere nequaquam miror: veruntamen Indi me nihil tale interrogarunt. Post hæc Apollonius arbori innixus, omnia quæ cum illo locutus fuerat ad socios retulit. Tum Damis Timasionē seorsum auocans, Dic, inquit, optime vir, Nudorum sapientia quænam est, aut qualibus de rebus habetur? Nam te sæpius

illos conueniſſe ſcio. De multis, inquit ille, ac maximis de rebus illorum ſapientia. Verumenimuero, Damis inquit, minus prudenter ab eis fieri videntur, quæ nunc erga nos faciunt. Nolle enim huiuſmodi virum alloqui, præſertim qui ſapientiæ cognoſcendæ cauſa venerit, tantóque faſtu erga ipſum vti, quid præ ſe ferat, amice, neſcio præter quam elationem ſummam atque ſuperbiã. Planè, inquit, fateor, Timaſion, & tanta profectò, quantam in his antehac nunquam animaduerti, cùm bis iam ad eos acceſſerim. Semper enim humani, benigníque erga venientes ad ſe fuere. Proximè namque dies (vt arbitror) ab hinc quinquaginta Thraſybulus huc acceſſit, vir, vt mihi viſum eſt, non multùm ſupra ceteros in philoſophia peritus. Illi verò iucundiſſimè ipſum ſuſceperunt, cùm ſe ab Euphrate miſſum, eiúſque diſcipulum eſſe diceret. Tum Damis, Quid mihi, inquit, narras, adoleſcens? an tu hoc in loco Thraſybulum Naucratidem vidiſti? Imò, inquit, hinc abeuntem ego mea naui detuli. Tunc *vociferatus & indignatus* Damis, *Omnem, inquit, rem teneo, per Mineruam. patet enim doloſum* aliquod facinus *commiſſum fuiſſe.* Hunc interpellans Timaſion, Is, inquit, vir heri cùm interrogaſſem, quiſnam eſſet, indignum cui ſecreta manifeſtaret, me putauit: tu verò niſi myſteria ſint hæc, quiſnam hic ſit, edoce. Forſitan enim aliquid referre potero, vnde tu quod quæris, inuenias. Poſtquam igitur audiuit ex Damide Tyaneum hunc eſſe, Inueniſti iam, inquit, negocium tuum: Thraſybulus enim mecum in Nilo nauigans, cuius rei cauſa huc veniſſet à me interrogatus, prudẽtiam ſuam minimè bonã mihi narrauit, cùm ſe diceret ſuſpicionib. Gymnoſophiſtas cõ-

A σοφοί εἰσι· πολλὰ, ἔφη, καὶ μεγάλα. καὶ μὴν οὐ σοφὰ, εἶπεν, ἀκοῦσον, ὦ γύναιε, τὰ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα. τὸ γὰρ μὴ ξυμβιῶναι τοιῷδε ἀνδρὶ ὑπὲρ σοφίας, οὕτω δή ἐστ' αὐτῷ χρήσασθαι, τί φῶ καὶ οἶδα· ἢ * τύ-
φον, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, τύφῳ, ὃν οὔπω πρότερον πρὸς αὐτοὺς εἶδον, δίς, ἔφη, ἤδη ἀφικόμενον. ἀεὶ γὰρ μέτριοί τε, καὶ χρηστοὶ πρὸς τοὺς ἐπιμιγνύτας ἦσαν· πρῴην γοῦν, πεντήκοντα ἢ τοσταῖ ἴσως ἡμέραι, Θρασύβουλος μὲν ἐπεχωρίαζεν ἐνταῦθα, λαμπρὸν οὐδὲν ἐν φιλοσοφίᾳ πρᾴτων· οἵδε ἄσμενοι αὐτὸν ἀπεδέξαντο, ἐπειδὴ πρόσχραφεν ἑαυτὸν τῷ Εὐφράτῃ· καὶ ὁ Δάμις, τί λέγῃς, ὦ μειράκιον; ἑώρακας σὺ Θρασύβουλον Ναυκρατίτην ἐν τῷ φρονιστηρίῳ τούτῳ; καὶ πρός με, εἶπε, διήγαγον αὐτόν, τῇ ἐμαυτοῦ νηὶ καλιόντα ἐνθένδε. τὸ πᾶν ἔχω νὴ τὼ Ἀθηνᾶ, ἔφη ὁ Δάμις, ἀνακόπτας τε, καὶ φυλιάσας. ἔοικε γὰρ πεπανουργῆσθαί τι. ὑπολαβὼν οὖν ὁ Τιμασίων, ὁ μὲν ἀνὴρ, ἔφη, ὡς ἠρόμην αὐτὸν ὅς τις εἴη, οὔπω μοι ἠξίου τὸ ἀπόῤῥητον· σὺ δ', εἰ μὴ μυστήρια ταῦτα, λέγε ὅς τις ἔστ. ἴσως γὰρ ἂν κἀγώ τι ξυμβαλοίμην τῇ ζητουμένῃ θήρᾳ. ἐπεὶ δὲ ἤκουσε τοῦ Δάμιδος, ὡς ὅτι Τυανεύς εἴη, ξυνεῖληφας, ἔφη, τὸ πρᾶγμα. Θρασύβουλος γὰρ καταπλέων μετ' ἐμοῦ Νεῖλον, ἐρομένου μοι ἐφ' ὅτῳ ἀναβαίη ἐνταῦθα, σοφίαν ἐχρηστὴν ἑαυτοῦ διηγεῖτο, τοὺς γυμνοὺς τούτους ὑποψίας ἐμ-

πεπληκέναι φάσκων, πρὸς τ̃ Απολλώνιον, ὡς ὑποφθείη ὁπότ' ἔλθοι· καὶ ὅτε μὲν διαφέρει πρὸς αὐτ̃ οὐκ οἶδα. τὸ δ' ἐς διαβολὰς καθίσασθαι, γυναικεῖον τ̃ ἡγοῦμαι κ' ἀπαλλάττειν· ἐγὼ δ' ἀν ὡς διάκειμαι, μάθοιμι πρόσφατον τοῦ ἄνδρας· φίλοι γάρ, κ' ἐπανῆλθε πρὸς δείλιλλον ὁ Τιμασίων, πρὸς μὲν τ̃ Απολλώνιον *ἐδὲν φράζων, πλὴν τ̃ πρόσφατον σφᾶς, ἰδίᾳ δ' ἀπαγγέλλων πρὸς τ̃ Δάμιν, ὡς ἀφίξοιντο αὔριον μεσοῦντος, ὧν τ̃ Θρασυβούλου ἤκουσαν. τὴν μὲν δὴ ἑσπέραν σκέψει, μέτρια τε, καὶ ἀξια τ̃ ἀναγράψαι συνδαίσαντες, ἐκοιμήθησαν, οὗ ἐδείπνησαν.

A tra Apollonium impleuisse, *quòd aduenta illius contemptus fuisset. atq; ex quo sanè tempore dissidium cum ipso exortum sit nescio. Verùm ad calumniandum cõparare se, & muliebre & insciti esse existimo. equidẽ, vbi viros affatus fuero; quinã affecti sint didicerim: amici quippe sunt. tum reuersus est sub crepusculũ Timasio*, nihil Apollonio narrans; tantummodo se Nudos allocutũ fuisse dixit: Seorsum autem Damidi, Cras, inquit, aduenient suspicionibus pleni, quas à Thrasybulo acceperunt. Apollonius verò socíq. reliquam eius diei partẽ non nimiũ digna narratu colloquentes peregerunt, cœnati postmodum, eo ipso in loco dormierunt.

Thespesionis Gymnosophistarũ principis iussu vlmũ arborẽ locutam Apollonio. Tum præcepta Thespesionis de frugalitate, & id genus ceteris. Item de Prodici Hercule. CAP. V.

ΑΜΑ δὲ τ̃ ἡμέρᾳ, ὁ μὲν Απολλώνιος, ὡς εἰώθει, πρὸς τ̃ ἥλιον, ἐφ' ᾧ ηὔχετο, ἐστήκει τινὶ γνώμῃ· προσδραμὼν δ' αὐτ̃ Νεῖλος, ὥσπερ ἦν νεώτατος τ̃ γυμνῶν, ἡμεῖς, ἔφη, σοὶ ἥκομεν. εἰκότως, εἶπεν, ὁ Απολλώνιος, ἐγὼ γὰρ ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ὁδὸν τὴν ἀπὸ θαλάττης σύνταυθα. κ' εἰπὼν ταῦτα, εἵπετο τ̃ Νείλῳ. προϊόντων οὖν, ἐπεὶ προσῆλθεν ξυνέπιπτον δ' ἀλλήλοις πρὸ τῆς σοφῶν· ποῖ, ἔφη, ξυνιόμεν; σύνταυθα, ἔφη, ὁ Θεσπεσίων, πρεσβύτατος ἦν τ̃ γυμνῶν, ἐπὶ τὴν ἡγεῖτο μὲν αὐτὸς πᾶσιν. ὁ δὲ, ὥσπερ Ελληνοδίκαι τ̃ πρεσβυτάτῳ εἵποντο, κοσμίως ἅμα, καὶ χαλαῷ βαδίσματι. ἐπεὶ δὲ σκάθισαν ὡς ἔτυχε, τουτὶ γὰρ οὐκέτι σὺν κόσμῳ ἕδρων, ἐς τὸν Θεσπεσίωνα εἶδον πάντες, οἷς ἐσιάτερα τ̃ λόγου· ὁ δὲ, ἤρξατο σὺν τῷδε.

POSTRIDIE Apollonius mane, vt solebat, sole adorato, cogitabundus perstabat. currens autem ad eum Nilus, qui ceteris Nudis iunior C erat: Nos, inquit, ad te venimus, Apolloni. Non immerito, inquit Apollonius. ego enim vt ad vos venirem, longissimũ iter mari huc vsque peragraui: atque hæc dicens abeuntem Nilum sequebatur, cúmq. secus porticum Gymnosophistis obuiasset, salute primò data, atque accepta, Vbinam, inquit Apollonius, consedebimus? Illic, Thespesion inquit: eum D quem diximus locum manu demonstrans. Erat Thespesion inter Nudos natu maior, & ceteros tanquam dux antecedebat. Illi autem velut Græcorum iudices, tardo compositóque gradu seniorem sequebantur. Postquam omnes, vtcunq. fors tulit, consedere (neque enim certus cuique locus erat) cuncti in Thespesionem sermonis autorẽ conuersi sunt. Ipse autẽ in hunc modum loqui exorsus est:

Pythios ludos, atque Olympicos te vidisse constat, Apolloni. Id enim Stratocles Pharius nobis retulit, qui te ibidem conspexisse narrabat. Qui igitur ad Pythios veniunt, tibiis, & cantibus, ac psalmis inuitátur, quippe qui ad comœdias, tragœdiásque vocentur, spectaculúmque tandem similium rerum illis proponitur. Qui verò Olympiis præsunt, hæc tanquam inutilia, locóque minimè accommodata posthabent: cùm illuc euntes Nudos Athletas in conspectum sint habituri, sicut ab Hercule fuit institutum. Idipsum Apolloni, meditare ab Indorum sapientia huc ad nos accedens. Illi enim tanquam ad Pythia conuocantes variis deducunt illecebris: nos autem velut in Olympiis Nudi permanemus: nec nobis aliquid terra substernit, neque lac veluti bacchantibus, aut vinum præbet, neque sublimes à terra nos aër substinet, sed in ipsa terra prostrati viuimus ab ipsa accipientes ea, quæ naturaliter profert, vt gaudeat ea præbēs, nec tormētis inuita præbere cogatur. Quòd verò nos fieri sapiētes non sit impossibile *quædam, inquit,* arbor ostendit. Erat autem vlmus tertia ab illa, sub qua disputabatur. Ea sapientem salutauit Apollonium, non antea tamen, quàm illi esset à Thespesione imperatū. Et erat vox distincta quidem, sed tenuis & fœmineæ similis. Hoc autē illi signū tanquam ex oppositō Indorum ostenderunt. Auertere ab eis credentes Apollonij mentem, qui vbique Indorum facta, dictáque iactabat. Postea sermonem hoc modo prosecutus est Thespesion: Sapienti satis est, vt in vescendis cibis purus sit, atque ab omnibus abstineat quæcunque spirant, insuper à cupiditatibus, quæ per oculos accedunt:

A πλὴ Πυθῶ, Ϛ τ̓ Ολυμπίαν ἐπεσκέφθαί σε φασὶν Απολλώνιε· τοιγὰρ ἀπήγγελεν σὸν ταῦθα Ϛ Στρατοκλῆς ὁ Φάριος, σὲ τετυχηκέναι σοι φάσκων σπεῦ· Ϛ πλὴ μὲν Πυθῶ, σοῦ ἐς αὐτλὴν ἥκοντας, αὐλῶ τ̓ ϖραπέμπειν, Ϛ ᾠδαῖς, κὴ ψάλσι, κωμωδίας τε, κὴ τραγῳδίας ἀξιοῖ. εἶτα τ̓ ἀγωνίαν ϖρέχειν πλὴ γυμνὴν, ὀψὲ τέπων. πλὴ ὀ
B Ολυμπίαν, τὰ μὲν τοιαῦτα ἀφεῖναι, ὡς ἀναρμοστα, Ϛ οὐ χρησὰ σπεῖ, παρέχασα ὀ τοῖς ἐς αὐτλὴν ἰοῦσιν ἀθλητὰς γυμνοὺς, Ηρακλέους τ̓ αῦτα ξυνθέντος. τῦτο ἠρώτ παρὰ τ̓ Ινδῶν σοφίαν, τὰ ἐνταῦθα. οἱ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐς τ̓ Πυθῶ καλῦντες, ποικίλαις δημαγωγῦσιν ἴυγξιν· ἡμεῖς δ̓, ὥσπερ σὲ Ολυμπία γυμνοί. ἀχ ὑποσόρνισιν ἡ γῆ ἀδὲν σὸν ταῦθα, ἀδὲ γάλα ὥσπερ βάκχας, ἢ οἶνον δίδωσιν, ἀδὲ μετεώρους ἡμᾶς ὁ ἀὴρ φέρῃ, ἀλλ' αὐτλὴ ὑπεσορεσμένοι τ̓ γλῶ, ζῶμὲν μετέχοντες αὐτ̓
C τὰ κ̓ φύσιν, ὡς χαίρουσα δίδοὶ αὐτὰ, κὴ μὴ βασανίζοιτο ἀκοῦσα. ὅπ δ̓ κὴ ἀδυνατῦμὲν σοφίζεσθαι, τὸ δεῖνα, ἔφη, δένδρον, πλελέα ὀ λῶ, τέλπον ἀπ' ἐκείνε, ὑφ' ᾧ διελέγοντο, ϖροσεῖπε τὸν σοφὸν Απολλώνιον. καὶ ϖροσεῖπε μὲν
D αὐ, ὡς σκῆβδη τὸ δένδρον. ἡ φωνὴ ὀ λῶ σναρθρός τ̓, κὴ θῆλυς. ἀπεσήμαινε ὀ ϖρὸς σὸν Ινδοὺς ταῦτα, μετασησὼν ἡδύμβυος τ̓ Απολλώνιον τῆς ὑπ' αὐτῶν δόξης, ἐπειδὴ διήκ ἐς πάντας, λόγος τε Ινδῶν, κὴ ἔργα. προσεπῄδη ὀ κἀκεῖνα ὡς δυνατὸν τῷ σοφῷ βεβαίως τε καθαρῷ εἶ), ὁπόσα ἔμπνους, ἡμέρου τε, ὃς φοιτᾷ δι' ὀμμάτων·

φθόνε τε, ὃς διδάσκαλος ἀδίκων ἐπὶ
χεῖρα, & γνώμην ἥκει θαυμασιεργίας,
& βιαίᾳ τέχνῃ, μὴ δεῖσθαι ἀλήθειαν.
σκέψαι γὰρ τὸν Ἀπόλλω, εἰπέ, τὸν Δῆ-
φικὸν, ὃς τὰ μέσα τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ
θεσπρώτοις λογίοις ἔχει. σὺ ταῦθα τοί-
νυν, ὡς που & αὐτὸς γιγνώσκεις, ὁ μὲν,
τὸ μφης δεόμενος, ἐρωτᾷ βραχὺ ἐρώ
τημα. ὁ δὲ Ἀπόλλων, οὐδὲν περατο-
σάμενος, λέγει ὁπόσα οἷδε· καί τοι ῥᾴ-
διον τῷ ἅπαν σεῖσαι μὲν τὸ Παρνα-
σὸν πάντα, τὴν Κασταλίαν δὲ οἰνοχοῆσαι,
μεταβαλόντα τὰς πηγάς· Κηφισσῷ δὲ
μὴ ξυνχωρῆσαι ποταμῷ εἶναι. ὁ δὲ, οὐ-
δὲν τούτων ἐπικομπάσας, ἀναφέρει
τἀληθὲς αὐτό. οὔτε γὰρ χρυσὸν, οὔτε τὸν δοκοῦντα λαμπρὸν τῶν ἀνα-
θημάτων, ἑκόντι ἅπαν φοιτᾶν, μηδὲ τῷ
νεῷ τὸν Ἀπόλλω χαίρειν, εἰ μὴ διπλά-
σιος ἀποφανθείη τοῦ νῦν ὄντος. ὤκησε
γὰρ ποτε μὴ λιτὸν στέγην ὁ θεὸς οὗτος,
& καλύβη αὐτῷ ξυνεπλάσθη μικρά,
ἐς ἃ ξυμβαλέσθαι λέγουσι μέλιτται
μέλι κηρόν, πτερὰ ὄρνιθες. εὐτέλεια γὰρ
διδάσκαλος μὲν σοφίας, διδάσκαλος
δὲ ἀληθείας· ἃ ἐπαινῶν, σοφὸς ἀτε-
χνῶς δόξεις, σὺ λαθόμενος τῶν παρ' Ἰν-
δοῖς μύθων. τὸ γὰρ πρᾶτε, ἢ μὴ πρᾶτε,
τί, ἢ οἶδα, ἢ οὐκ οἶδα, ἢ τὸ δεινὰ, ἀλλὰ μὴ
τὸ δεινὰ, τί δεῖται κτύπου; ἢ δεῖ τοῦ βρον-
τᾶν, μᾶλλον ἢ τοῦ ἐμβεβροντῆσθαι; εἶδες
σὺ ζωγραφίας λόγοις κεῖται τοῦ Προδίκου
Ἡρακλέα, ὡς ἔφηβος μὲν ὁ Ἡρακλῆς,
οὔπω ἅπαν σὺ αἱρέσεως τοῦ βίου· κακία δ' αὖ-
τῷ, & ἀρετὴ, διαλαβοῦσαι, περὶ σφᾶς
ἔχουσιν. ἡ μὲν, χρυσῷ τε κατεσκευασ-
μένη, καὶ ὅρμοις ἐωθεῖτο τῶν ἁλιπορφύρῳ,

A careat præterea inuidentia, quæ iniuſtitiæ magiſtra ad mala facinora mentem, ac manum impellit. Miraculorum verò oſtentatione, aut arte violenta non indiget veritas. Licet enim Delphicum Apollinem intueri, qui medium Græciæ tenens, vaticinij reſponſis clarus habetur. Ibi igitur, vt ipſe noſti, qui ab oraculo aliquid poſcit, breui admodum oratione, quid po-
B ſcat, exponit. Apollo autem nullis portentis præmiſſis, quæ ſibi videntur, reſpondit: quanquam ei facillimum eſſet totum Parnaſſum concutere, & Caſtaliæ fontibus mutatis vinum effundere, Cephiſique curſum morari. Ille autem nihil horum iactanter faciens, purè veritatem profert. Putamus etiam nec aurum, nec tam præclara dona, quæ in templo conſpiciuntur, illo
C volente afferri, nec templi ſtructura gaudere, etiam ſi duplo maius, ac præclarius ſtrueretur. Incoluit enim & humilem caſam is Deus, & tugurium illi luteum paruúmque compactum fuit, vbi apes fauos, & aues plumas congeſſiſſe traduntur. Frugalitas enim ſapientiæ & veritatis magiſtra eſt; quam ſi laudaueris, proculdubio ſapiens videberis, fabularum, quæ ſunt apud Indos, oblitus. Fac enim aut non fac,
D & ſcio, aut neſcio, & hoc, *ſed non hoc*, quid ſonitu indiget? *imò quid* tonitru, vel *potius attonito affectu?* Vidiſti etiam aliquando in picturis rationem eandem & Prodici Herculem, quem adhuc impuberem & ad electionem inſufficientem Virtus ac Vitioſitas adprehenſum ad ſe trahere nitebantur. Erat autem hæc quidem auro, monilibúſq. ornata, veſte inſuper purpu-

rea, & faciei pulchritudine nitens, comas præterea discriminatas variis nodis alligata & pictis superciliis fulgens: aureos quoque calceos gestans, tumido *incessu huic insultabat.* Altera autem labore fessæ similis, aspectu horrida, macie quoque & squalore confecta, nudis autem pedibus, & *simplici* veste amicta, vt nuda *etiam esset proditura*, nisi quod in fœminis decorum est, agnouisset. Idem igitur & tu cogita, Apolloni, in medio constitutum te esse Indorum, nostræq. sapientiæ: atque illam quidem audire dicentem, quòd dormituro tibi flores substernet, potabítque lacte, & fauis nutriet. *Nectar* quoque ab eadem accipies, & ad volandum plumas quandocunque voles: tibi autem bibenti tripodes, & thronos aureos circumponet: nec erit in eare quicquam laborandum, sed sponte sua ad te hæc omnia venient. Altera verò contraria pollicetur: primò quidem quòd in sordibus humi iacebis, nudus præterea, & veluti nos, laborans deges. Quicquid autem non laboranti tibi accesserit, id neque carum, neque iucundum putare debebis, neque verò iactator eris, nec superbiæ venator. iubebit quoque à somniorum visionibus abstinere, atque ab iis præcipuè, quæ à terra proueniunt. Quòd si iuxta Herculis iudicium electionem feceris, frugalitatem nunquam contemnes, & eam quæ secundum naturam est, parsimoniam non reiiciens, multos Leones superasse diceris, multásque Hydras obtruncasse, Geryones quoque, & Nessos vicisse complures, & alia quæcunque de illo prædicátur certamina. Sin verò *circulatorum* opinionẽ secutus, auribus atque oculis assentaberis, nec aliis quibusuis sapientior euades, & Nudi Ægyptij præmium fies.

A καὶ ὥρᾳς αὐτὴ, καὶ χαίτης ἀναπλοκαῖς, καὶ γραφαῖς ὀμμάτων· ἔστι δ' αὐτῇ
C χρυσοῦν πέδιλον· γέγραπται γὰρ καὶ
ἵστω σὺν σοβᾶσα. ἥδ' αὖ πεπονηκυῖα μὲν
περιφερὴς, βαχὺ ὑποφρῶσα, τὸ ὑπ' αὐ-
χμοῦ πεποιημένη κόσμημα, C αὐτο-
πόθητος ἡ ἀρετὴ, C λιτὴ τὴν ἐσθῆτα· C
γυμνὴ δὲ δὴ ἐφαίνετο, εἰ μὴ ἐγίνωσκε
τὸ σὺν ἡλείαις βάδημον. ἡγοῦ δὴ C σε-
B αυτὸν Ἀπολλώνιε, μέσον τ Ἰνδικῆς τε;
C ἠμεδαπῆς σοφίας ἑστάναι· καὶ τ μὲν
ἀκούειν λείουσης, ὡς ὑποστορέσῃ σοι αὐ-
τῇ καθεύδοντι· καὶ νὴ Δί' ὡς ποτεῖ γά-
λακτι, καὶ ὡς κηρίοις τρέψῃ, καὶ ὡς πέ-
κταρ σοί τι ὧδ' αὐτῆς ἔσται, καὶ πτερὰ,
ὁπότε βούλοιο· τρίποδάς τ' ἐσκυκλήσῃ
πίνοντι*, καὶ χρυσοῖς θρόνοις. καὶ πονήσῃς γε πάντων
οὐδέν, ἀλλ' αὐτόματά σοι βαδεῖται
πάντα. τῆς δέ γε ἡμετέρας. ὡς χαμεύ-
νειν μὲν σὺν αὐχμῷ προσήκει, γυμνὸν
C ὦ ὥσπερ ἡμεῖς μοχθοῦντα φαίνεσθαι.
ὃ δὲ μὴ πονήσαντί σοι ἀφίκοιτο, μήτε
φίλον ἡγεῖσθαι, μήτε ἡδύ, μηδὲ ἀλα-
ζόνα εἶναι, μηδὲ τύφου θηρατικὸν. ἀπέ-
χεσθαι δὲ καὶ ὀνείρων ὅλως, ὁπόσα ἀπὸ
τῆς γῆς αἴρονται. εἰ μὲν δὴ κρίνοις τὸν Η-
ρακλέα αἱρεῖσθαι, καὶ δόξῃ ἀδαμαντίνη
ἥρῳο, μὴ ἀπομάζων διέλθοις, μηδὲ
τὴν κρείττω Φύσιν διέλθοις παραιτούμε-
D νος, πολλοὺς μὲν ἠρηκέναι φήσῃς λέον-
τας, πολλὰς δὲ ὕδρας ἐκτετμῆσθαί σοι,
Γηρυόνας τε, καὶ Νέσσους, καὶ ὁπόσοι
ἐκείνου ἆθλοι. εἰ δὲ τὸ τῶν ἀγαθῶν
ἀσκεῖσθαι, κολακικοὺς ὀφθαλμούς τε,
C ὦτα· οὔτε σοφώτερος ἕτερου δό-
ξῃς, χρήσῃ τε ἆθλος ἀνδρὸς Αἰγυ-
πτίου γυμνοῦ.

Apollonium longo sermone Thespesioni Gymnosophistarum principi contradixisse de Prodici Hercule, de Pythagoræ victu & silentio loquendo: Item de opinionibus sibi à philosophia propositis: quódque sapientiam, spretis ceteris, elegerit. De Æschylo etiam tragico, & aliis plurimis. CAP. VI.

ΤΑΥΤΑ εἰπόντος, ἐσεφάφησαν A ἐς τὸν Ἀπολλώνιον πάντες, οἱ μὲν, ἀμφ' αὐτὸν, ὡς ἀνεπιλέξοι γνωσκοντες, οἱ δὲ, ἀμφὶ τὸν Θεσπεσίωνα, θαυμάζοντες ὅ, τε λέγοι. ὁ δὲ, ἐπαινέσας αὐτὸν τῆς εὐροίας, καὶ τοῦ τόνου, μή τι, ἔφη, προσθείης; μὰ Δί', εἶπεν. εἴρηκα γάρ. τοῦ δ' αὖ ἐρομένου, μὴ τῶν ἄλλων τις Αἰγυπτίων, παντων, ἔφη, δι' ἐμοῦ ἤκουσας. ὑπαρχὼν οὖν ὀλίγον, καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς ἐρείσας ἐς τὰ εἰρημένα, οὕτωσὶ ἔλεξεν, ἡ μὲν Ἡρακλέους αἵρεσις, ἣν φησι Πρόδικος αὐτὸν ἐφηβῶν ἑλέσθαι αὐτὸν, ὑμῶς τε ὑμῖν λέλεκται, καὶ κατὰ τὸν φιλοσοφίας νοῦν, ὃν σοφοὶ Αἰγυπτίων· προσήκει δέ μοι οὐδέν· C οὔτε γὰρ ξυμβουλεύσων ὑμᾶς βίου ποτὲ σοὶ μὲν ἥκω, πάλαι γε ἠρημένον τὸν ἐμαυτῷ δόξαντα. πρεσβύτατος γὰρ ὑμῶν, πλὴν Θεσπεσίωνος τοῦτο ἀφίγμαι, αὐτὸς ἂν μᾶλλον εἰκότως ξυνεβούλευον ὑμῖν σοφίας αἱρεσιν, εἰ μή που ἠρημένοις ἐνέτυχον. ὧν δ' ὅμως πλησίος, καὶ σοφίας ἔτι τοσόνδε ἀφίγμαι, ὥστε ἐπιτρέψω λογιοῦμαι ὑμῖν τ' ἐμαυτῷ βουλὴν ξυλλαβεῖν, διδάσκων ὡς ὀρθῶς εἱλόμην ταῦτα, ἃ μήτε βέλτιω ἕτερα ἔτι νοῦν ἦλθέ μοι. καταδὼν γάρ τοι τὸν Πυθαγόρου μέσα, καὶ

HÆC cùm Thespesion dixisset, omnes in Apollonium se conuerterant: socij quidem, quòd aliquid contradicturum agnoscerent, Ægyptij verò quid contra illa dicere posset admirantes: ipse verò facundiam eius, & dicendi modulum collaudans, nunquid iis, quæ dicta erant, addere vellet? interrogauit. Ille verò, Nihil per Iouem, inquit: satis enim dixisse mihi videor. Rursus interrogante Apollonio num Ægyptiorum alius quisquam dicere aliud vellet? Nihil opus est, respondit Thespesion: me enim audiens, omnes audiuisti. Paulum igitur cunctatus Apollonius, & oculis humo defixis, quæ audierat, mente repetens, in hunc modum tandem locutus est: Herculis electio, quam cùm esset impubes, illum fecisse Prodicus refert, rectè à vobis iuxta philosophiæ præcepta narrata est, sapientes Ægyptij: sed ea nunc ad me nihil attinet. Neq. enim de eligenda vita vos cõsulturus aduenio, qui eam iamdudũ elegerim, quæ omnium optima visa est. Cúmq. ceteros omnes præter Thespesionem ætate antecedam, decentius vtiq; de eligenda sapientia consilium vobis dare possem, nisi vos quoque iam elegisse animaduerterem: attamen cùm sim talis, atque in sapientia tantùm profecerim, non recusabo mei consilij vobis iudicibus vti, & quomodo rectè hanc viuendi ratione elegerim vos docebo: quia melius nihil hactenus in mentem venit. Si quis Pythagoræ mediocritatem, &

arcanam philoſophiam aſpexerit, non ſolùm ſeipſum agnoſcet, qualis ſit, ſed qualem etiam fieri oporteat. Ego verò quàm purè, ſanctéque aras attigerit conſiderans, & ventrem quomodo ab animalium eſu purum ſeruauerit, totum autem corpus à veſtibus ex morticina materia confectis habuerit impollutum: vtque omnium primus linguam frenauerit, à boue ſilentij documentum ſumens: reliquam verò philoſophiam, quàm verè, ſanctéque conſtituerit, eius opiniones ſum ſecutus; non ex duabus eligens ſapientiam, ſicut optimè Theſpeſion conſulis, ſed ex pluribus. Philoſophia enim ſuas omnes mihi circumponens opiniones, & earum ſingulis proprium apponens ornatum, in eas me reſpicere iuſſit, & ſana mente quancunque libuiſſet eligere. Pulchritudo igitur erat omnium admirabilis quædam, & diuina, vt facilè in earum aliquas ob ſtuporem quis declinaret. Ego autem in omnes figebam oculos. Ipſæ enim mihi præbebant audaciam, cùm ſingulæ mihi iam quid eſſent daturæ, oſtenderent, ac pollicerentur. Cúmque earum nulla voluptatum agmen nullo cum labore acquiſiturum me diceret, altera verò quietem à laboribus, alia rurſus lætitiam labori permiſtam polliceretur: atque ita voluptates vndique monſtrarentur & laxatæ ventris habenæ. Manus autem ad rapiendas diuitias paratæ, & oculis nullum frenum adderetur: ſed cupiditates, amores, ceteríque huiuſmodi affectus paſſim concederentur: earum vna tales perturbationes cohibere ſe iactabat, audax autem & contentionis cupida perturbare cuncta videbatur. Erat autem forma ſapientiæ diuina quædam, & venerabilis,

A ὑπὸ σοφίας ἄῤῥητα, μὴ μόνον γιγνώσκοι ἑαυτὸν ὅς πις εἴη· ἀλλὰ ἢ ὅς πις γένοιτο, βωμῷ τ' ὡς καθαρῷς ἅψαιτο, ἢ ὡς ἀχράντῳ μηδὲ ἐμψύχου βρώσεως γαστρὶ χρήσαιτο, καθαρὸν δὲ σώματι παντῶν ἐσθημάτων, ὁπόσα θνησιδίων ξύλινα δ' ὑλωτὰ τ' ὡς τοῦτον αὐθρώπων ξυνέχοι, βοῦν ἐπ' αὐτῇ σιωπῆς βέλτιον δόγμα, ἢ τ' ἄλλως φιλοσοφίαν ὡς χρησμῷδη, ἢ ἀληθῆ κατεσπάσατο, ἑώραμον ἐπὶ τὰς σπείρας δόξας, οὐ μίαν σοφίαν σὺ δυοῖν ἑλόμενος, ὡς οὐ βέλτιστε Θεσπεσίων ξυμβουλεύεις· τοῦτο γὰρ μοι φιλοσοφία τὰς ἑαυτῆς δόξας, ὁπόσαι εἰσὶ, τοῦτο βαλέσα τ' αὐτῶν κόσμον, ὃς ἑκάστῃ οἰκεῖος, ἐκέλευσεν ἐς αὐτὰς βλέπειν, ἢ ὑγιῶς αἱρεῖσθαι. ὥρα μὲν οὖν σεμνή τ' ἁπασῶν ἦν, καὶ θεία· καὶ κατέμυσεν ἄν τις τοῦτο σὺν ἀπλήξεως. ἐμοὶ δ' ἐπῆκτο τὸ ὄμμα ἐς πάσας· καὶ γὰρ μοι ἢ θρασύτατον αὐτῶν τοῦτο προσελθοῦσαί τ', ἢ προκηρύξασθαι, ὁπόσα δώσουσιν· ἐπεὶ δ' ἡ μία τις αὐτῶν, οὐδὲν μοχθήσαντι πολλὰ ἐπαντλήσειν ἔφασκεν ἡδονῶν ἐμὸν, ἡδὺ δ' αὖ μοχθήσαντα ἀναπαύσειν, ἡδὺ δ' ἐγκαταμίξειν εὐφροσύνας τῷ μόχθῳ· παντα- D χοῦ δ' ἡδοναὶ διεφαίνοντο, καὶ ἄνετοι μὲν ἰωὶ γαστρός· ἑτοίμη δ' χεὶρ ἐς πλοῦτον, χαλινὸς δ' οὐδεὶς ὀμμάτων, ἀλλ' ἔρωτές τε, καὶ ἵμεροι, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη ξυνεχωρεῖτο· μία δὲ αὐτῶν, ἰσχὺν μὲν τῷ τοιούτων ἐκόμπαζε· θρασεῖα δὲ ἰδεῖν, καὶ φιλοκίνδυνος, καὶ ἀπηγκονισμένη παντὰ· εἶδος σοφίας, εἶδος ἄῤῥητον,

οὗ κὴ Πυθαγόρας ἠπήνθη, ἓ εἰσήκει ὃ A quam etiam Pythagoras amauerat.
δ' ἁρα καὶ σὺ ταῖς πολλαῖς, ἀλλ' ἀπετέ- Ea non cum ceteris vna, sed ab aliis
τακτο ἀεπὼν, κὴ ἐσιώπα. ξωεῖσα ὃ, semota, tacitaque perstabat. Cúm-
ὡς ταῖς μὲν ἄλλαις οὐ ξωπήθημαι, que aliarum dictis non assentiri me
τὰ δ' σὰ εἰνης οὔπω οἶδα, μειράκιον, animaduerteret, sua verò adhuc vi-
εἶπεν, ἀηδὴς ἐγὼ, κὴ μεστὴ πόνων. εἰ deret ignorare, ô adolescens, in-
γὰρ ἀφίκοιτό τις ἐς ἐμὲ τὰ μὰ, τρά- quit, ego tristis & laborum plena
πεζα μὲν, ὁπόσα ἐμψύχων ἀνηρῆται sum. Si quis enim meas leges secu-
πᾶσαν, οἴνου ὃ ἐκλελῆσθαι, κὴ τὸν σο- B turus est, primò quidem ab omnium
φίας μὴ ἐπιθολωῦ κρατῆρα, ὃς σὺ animalium esu abstineat oportet, &
ταῖς ἀοίνοις ψυχαῖς ἔσηκεν, οὐδὲ χλαί- vini penitus obliuiscatur, ne sapien-
να θαλφὰ αὐτὸν, οὐδὲ ἔριον, ὃ ἀπ' tiæ poculum perturbet, quæ in ani-
ἐμψύχου ἐπέχθη· ὑπόδημα ὃ αὐτοῖς mis à vino abstinentibus consistit:
βύβλου δίδωμι, καὶ καθεύδῃ ὡς ἔ- nec elaborata vestis illum calefa-
τυχε. κὰν Ἀφροδισίων ἠπηδέντας αἰ- ciet, aut lana ab animalibus de-
σθωμαι, βάραθρα ἔστι μοι, καθ' ὧν tonsa. Calceos verò ex arborum
σοφίας ὀπαδὸς δίκη, φέρῃ τε αὐτοῦ, corticibus dabo, & vbicunque sors
καὶ ὠθεῖ. χαλεπὴ δ' οὕτως ἐγὼ τοῖς tulerit, dormitabit. Quòd si Ve-
τὰ μὰ αἱρουμένοις, ὡς καὶ δεσμὰ C nereorum cupiditate moueri illos
γλώττης ἐπ' αὐτοῦ ἔχειν. ἃ δ' ἔσῃ sensero, barathra quædam mihi
σοι καρτερήσαντι, ταῦτα ἐμοῦ μάθε. sunt, in quæ ministra sapientiæ pœ-
σωφροσύνη μὲν, κὴ δικαιοσύνη αὐ- na ipsos detrudet. porro adeò sum
τόθεν. ξηλωτὸν ὃ ἡγεῖσθαι μηδένα, τυ- difficilis iis, qui mea studia sequun-
ραννοις τὲ φοβερὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ ὑπ' tur, vt etiam linguæ vincula impo-
αὐτοῖς κεῖσθαι. θεοῖς τε ἡδίω φαίνεσθαι, nam. Quæ verò præmia maneant,
μικρὰ θύσαντα, ἢ ἑκατόμβας αὐ- si hæc toleraueris, ex me audi. Tem-
τοῖς ἐκ τῶν ταύρων αἷμα· καθαρῶς ὃ perantiam primò, iustitiámque ex
εἶναί σοι, καὶ προγνώσκειν δώσω, κὴ me consequêris, nec vlla tangeris
τοῦ ὀφθαλμοὺς οὕτω πλήσω æmulatione. Tyrannis verò potius
ἀκτῖνος, ὡς διαγνώσκειν μὲν θεὸν, terribilis eris, quàm subditus: Deis
γνώσκειν ὃ ἥρωα, ζκιοφδῆ δ' ἐλέγ- autem acceptior parua sacrificans,
χειν φαντάσματα, ὅτε ψεύδονται εἴδη quàm qui taurorum sanguinem pro-
ἀνθρώπων. ἥδε μοι βίου αἵρεσις, ὦ σο- fundunt: & cùm purus, mundúsq;
φοὶ Αἰγυπτίων, ὧν ὑγιῶς τε, ἓ κῦρ τὸν que sis, vt etiam futura præno-
Πυθαγόραν ἑλόμενος, οὔτε ἐψεύσα- scas, concedam, oculósque tuos
μην, οὔτε ἐψεύσθην· ἐγχωρίων μὲν radioso lumine sic implebo, vt
γὰ ἃ χρὴ τὸν φιλοσοφήσαντα. φιλοσο- D Deum possis agnoscere: possis e-
tiam Heroem discernere, & vm- *Hom. Il.*
brosa phantasmata redarguere, quæ
speciem oris plerunque mentiun-
tur. Hanc itaque vitam elegi, ô
sapientes Ægyptij: quam cùm re-
ctè, & iuxta Pythagoræ instituta
delegerim, neque eam fefelli, nec
ipse ab ea sum deceptus. Nam quæ
rectè philosophantem agere de-
cet, omnia præstiti, & quæ philo-

ſopho ſe daturam pollicita eſt, cuncta habeo. Sum enim de generatione artis contemplatus, & vnde ſint illius profecta principia: viſúmque mihi eſt ab hominibus ipſam eſſe natam diuinitate quadam excellentibus, quíque optimè animam exercuerint: cuius immortale quid & non genitum fontes ſunt generationis. Huic autem rationi non multùm aſſentiri mihi viſi ſunt Athenienſes: qui Platonis ſermonem, quem diuinitus hoc loco ſapientérque de anima protulit, corruperunt, contrarias illi & minimè veras opiniones de anima receperunt. Oportuit autē animaduertere qualis nam hæc ciuitas, & quale id eſſet hominum gęnus, apud quos non is quidem hoc modo, ille verò aliter, ſed vnum & idem omnis ætas de anima ſentiret, ac loqueretur. Ego igitur ſic peracta iuuenta, cùm adhuc non ſatis hæc intelligere mihi viderer, ad vos reſpexi, quos fama eſt multa excellenter ſcire de rerū natura, & ea quondam præceptori meo Pythagoræ narraueram. Ille verò mihi ſuperſtans, Si tu, inquit, amator eſſes, aut in ætate ad amandum idonea conſtitutus, & adoleſcente formoſo inuento illius amore caperer is, profectò quo ciue natus puer eſſet inquireres: quòd ſi patre natus eſſet *conſulari &* imperatorio, auis autem primatibus ciuitatis. tu verò ipſum *triremis ductoris* cuiuſdam, aut tribuni filium nuncupares: num illi talibus verbis gratificari, an potius eundem offendere putares, quod non ex patris nomine, ſed ignobili, atque alieno genere quaſi ſpurium denominares? Cur itaque ſapientiam ab Indis inuentam, non à naturalibus parentibus illam denominas, ſed ab iis qui *adoptione parētes ſunt: &* maius aliquid

A φωῶπ ὃ ὁπόσα δώσειν, ἔφη, παντ' ἔχω. ἐφιλοσόφησα γὰρ ὑπὲρ γενέσεως τ' τέχνης, καὶ ὁπόθεν αὐτῆς αἱ ἀρχαί. καί μοι ἔδοξεν ἀνδρῶν εἶναι θείων τὰ θεῖα, ψυχῇ τε ἄριστα ἐσκεμμένων, ἧς τὸ ἀθάνατόν τ', καὶ ἀγένητον, πηγαὶ γενέσεως. Ἀθηναίοις μὲν οὖν οὐ πάνυ τεθσήκων ἐφαίνετό μοι ὅδε ὁ λόγος· ὃν γὰρ Πλάτωνος λόγον, ὃν θειοτέρως εἶπεν, καὶ σοφώτερον ὑπὲρ B ψυχῆς ἀνεφθέγξατο, αὐτοὶ* διέφθει- *al. διέφθειραν.
ραν· ἐναντίας ταύτῃ, καὶ οὐκ ἀληθεῖς δόξας ὑπὲρ ψυχῆς τεθσέμενοι. ἔδει δὲ σκοπεῖν πρὸς μὲν εἰ πόλις, ποῖον ὃ ἀνδρῶν ἔθνος· τεθὶ οἷς οὐχ ὁ μὲν πρὸς, ὁ δὲ, οὔ· πᾶσα ὃ ἡλικία ταὐτὸν ὑπὲρ ψυχῆς φθέγγοιτο· κἀγὼ μὲν νεότητός γε* οὕτω ἀγούσης, καὶ τῷ μήπω ξυνιέναι, τεθὸς ὑμᾶς ἔβλεψα, ἐπειδὴ πλεῖστα ἐλέγεσθε ὑπὲρ φυῶς εἶ- C δέναι· ἐτεθὸς τὸν διδάσκαλον τὸν ἐμαυτοῦ διήειν ταῦτα. ὁ δ', *ἐφισάμενος, εἰ τῷ ἐρῶντων, εἶπεν, ἐτύγχανες ὤν, ἢ πρὸς ἡλικίαν ἐχόντων τῷ ἐρᾶν, εἶτα μειρακίῳ καλῷ συντυχὼν, καὶ ἀγαθοῖς αὐτῷ τῆς ὥρας, οὐκ ἂν ὅπου τῷ πολίτῃ εἴη παῖς ἐζήτεις· νῦν δ' ὁ μὲν, ἱππόδρομου, καὶ στρατηλάτου παῖς, καὶ χορηγοῦ ἢ πάππου· σὺ δ' αὐτὸν τειηράρχου τινός, ἢ φυλάρχου ἐκάλεις· ἆρά γ' ἂν οἷός τεθοσαγορεύειν τὰ παιδικὰ τούτοις· ἢ κἂν ἀνδρὸς δόξαι, μὴ πάθοι ὄνομάζων τὸ μειρακίσκον, ἀλλ' ἀπὸ σκυφύλακος ἀορέως, καὶ νόθου. Σοφίας οὖν ἐρᾷς, νῦν Ἰνδοὶ εὗρον, ἐκ δὲ τῆς φύσεως πατέρων ὀνομάζεις αὐτὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θέσεως· καὶ δίδως τὴ

D

Hom. Il. v

μειζον Αἰγυπτίοις, ἢ εἰ πάλιν αὐτοῖς ὡς αὐτοὶ ἀδοιεν, μιγεῖσι ξυγκεφαλέ-
νος ἀναβαίη ὁ Νεῖλος. ταῦτά με πρὸ ὑμῶν ἐπ' Ινδοὺς ἔπεμψαν, σὺν ὑμνηθέν-
τα πρὸ αὐτῶν, ὡς λεπτόφροι μᾶλλον ἢ ξυνέσεσιν ἅτοιοίδε αὖ θερμοτέραις ὁμιλοῦντες ἀκτῖσιν, ἀληθέ-
στεροί γε τὰς περὶ φύσεως ἢ θεῶν δόξας, ἅτε ἀγχίθεοι, καὶ περὶς ἀρ-
χὰς τῆς ζωογόνου καὶ θερμῆς οὐσίας οἰκοῦντες· σύντυχόν τ αὐτοῖς, ἐπαθόν τι περὶς τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἀνδρῶν, ὁποῖον λέγον) πρὸς τ Αἰσχύλου σοφίαν παθεῖν Ἀθηναῖοι. ποιητὴς μὲν γὰρ ἦν τραγῳδίας ἐγγύθεν. τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευόν τ, καὶ μήπω κε-
κοσμημένην, εἰ μὲν ξυνέσχε τοὺς χορεύειν ἀποπάλλοντας, ἢ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀνεπλέξας* εὑρεῖν περὶ αι-
τησάμενος, τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος, ἢ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενοη-
σεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι. σο-
φίας μὲν μηδὲ ταῦτα ἀπηλλάχθω· δοκείτω δ' καὶ ἑτέρῳ πράττειν σύν-
νοιαν ἢ τῷ δεξιῷ τὴν ποίησιν. ὅσῃ ἐνθυμηθεὶς μὲν τὸ αὐτὸν, ὡς ἐπάξιον τῇ τραγῳδίᾳ ποιεῖν φθέγγοιτο· ἐνθυ-
μηθεὶς δ καὶ τὴν τέχνην, ὡς περὶ-
σφυᾶ τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον, ἢ τῷ καταβεβλημένῳ τε, ἐ ὑπὸ πόδα, σκευοποιίας μὲν ἤλασε, εἰκασμένης τοῖς τῶν ἡρώων εἴδεσιν. ἀκριβαντὰς δὲ τοὺς ὑποκριτὰς* ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνης βαίνοιεν. ἐσθῆσί τ περὶφορον ἥρμοσέ τε, καὶ ἡρῴοις ἐσθῆσιν. ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν αὐτὸν τ τραγῳδίας ἡγοῦντο, ἐκάλουν δ καὶ τεθνεῶτα ἐς Διονύσια.

A Ægyptiis tribuent, quàm si iterum, vt alias euenisse perhibent, melli commistus Nilus ascenderet? Hæc me prius quàm vos adirem ad Indos conuerterunt, quòd ipsos puriore ingenio sublimiores esse, vt pote in aëre puriore degentes: veriora etiam de natura & Diis opinari, quòd propius Deos, & principia substantiæ calidæ, atque animantia generantis, habitarent. Cùm-
B que ad eos venissem, tale aliquid mihi ob eam, quam de ipsis habebam expectationem contigit, quale quondam Athenienſibus ab Æschyli sapientia contigisse fertur. Erat namque Æschylus poëta tragicus, qui cùm artem eiusmodi incompositam, inornatámque animaduerteret, choros in vnum contraxit disiunctissimos antea existentes, & histrionum crebras responsiones auferes, vnici cantus prolixitate;
C intra scenas faciendam iugulationem excogitauit, ne coram populo trucidationes hominũ fierent. Quæ licet ipsa per se sapientia carere nemo dixerit; vlterius tamen aliquid excogitandi etiam in poëtica minus peritis præstitit occasionem. Cúmque rursus ille cogitaret, quo pacto dignitatem tragœdiis posset afferre, videretque eiusmodi arti sublimitatem potius, quàm humilitatem conuenire, apparatus ornatiores instituit, & heroum figuris magis accommodatos: & pulpitis histriones
D super imposuit: vt alti sicut heroes gradirentur: vestibúsq. primus eosdem ornauit, quas heroes, aut heroũ mulieres decere putabat. Quibus de causis Athenienses tragœdiæ parentem illum putant, & in Dionysij festis etiam mortuum conuocant.

lin. 4. à fine pag. sup. Fed. Morellus sic emendarat, Cur ergo, cùm sapientiã ames, ab In.

Quæ

Quæ enim ab Æschylo inuenta fuerunt, ediscuntur, ac præ ceteris habentur in pretio. Verumenimuerò emẽdatæ exornatæve tragœdiæ non magna est gratia, quòd breui diei spatio eius voluptas, ceu bacchanalium, permaneat. Philosophia verò vt Pythagoræ visum est composita, deinde ad Deos translata, sicut Indi Pythagoræ sapientiã transtulerunt, non breuis temporis gratiam promeretur, sed infiniti & omnem numerum excellentis. Nihil igitur indecens feciſſe videtur, qui tam cõptæ, exornatæque philosophiæ amore victus est, quam Indi conuenienter collocantes, alta diuináque machina ipsam circundederunt. Quòd autem iure illos amauerim, iuréque sapientes iudicauerim, ac beatos, iam vobis edisserendi tempus est. Vidi enim homines in terra degentes, nec tamen in ipsa: sine mœnibus munitos, & nihil possidentes, vel potius omnia. Quòd si hæc loquens ænigmata quædam dicere videor, nihil est mirabile. Id enim Pythagoræ sapientia concedit: atque his ænigmatibus vti idem ille permittit, qui silentium sermonis magistrũ inuenit. Huius autem sapientiæ vos quoque consultores Pythagoræ tunc fuistis, cùm Indorum sapientiam laudabatis, propterea quòd vos quodam Indi fueritis. Sed quoniam pudore sermonis qui vulgò ferebatur, quòd diuinis portentis ex ea terra pulsi huc veniſtis, aliud quiduis potius, quàm Æthiopes ab Indis venientes putari voluistis, atque omnia propter hanc euitandam opinionem à vobis facta sunt. Omnem itaque illorum habitum exuistis, quasi cum veste simul & illud assumpturi, vt Æthiopes, non autẽ Indi putaremini. Deos quoq. magis Ægyptio quàm vestro ritu colere instituistis.

A τὰ γὰρ τῶν Αἰσχύλου ἐφηυρεμένων, ἀνεδιδάσκεσθε, καὶ σύνηθα σὺ καινῆς· καί τοι τραγῳδίας μὲν εὖ κεκοσμημένης, ὀλίγη χάρις· εὐφραίνῃ γὰρ ἐν μικρῷ τῆς ἡμέρας, ὥσπερ ἡ τῶν Διονυσίων ὥρα. Φιλοσοφίας δ', ξυγκειμένης μὲν, ὡς Πυθαγόρας ἐδικαίωσεν, ὑποθαζούσης δὲ, ὡς Πυθαγόρου Ἰνδοὶ, καὶ ἐς βεβαιοῦ χρόνον ἡ χάρις, ἀλλ' ἐς ἄπει-
B ρόν τε, καὶ ἀριθμοῦ πλείω. οὐδὲ ἀπει- κωῦδέ.
κός τι παθεῖν μοι δοκεῖ, φιλοσοφίας ἡττηθείς, εὖ κεκοσμημένης, ᾗ περ τὸ πρόσφορον Ἰνδοὶ στείλαντες, ἐφ' ὑψηλῆς τε, καὶ θείας μηχανῆς σὺνωκλοδσιν· ὡς δ' ἂν σὺ δίκη μὲν ἠγάθεω αὐτοῦ, σὺδίκη δ' ἡγοῦμαι σοφούς τε, καὶ μακαείους, ὥρα μανθάνειν. Εἶδον ἄνδρας οἰκοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ σὺκ ἐπ' αὐτῆς· καὶ ἀτειχίστως, τετει-
C χισμένους, καὶ οὐδὲν κεκτημένους, ἢ τὰ πάντων. εἰ δ' αἰνιγμάτων ἅπτομαι, σοφία Πυθαγόρου ξυγχωρεῖ ταῦτα, παρέδωκε γὰρ καὶ τὸ αἰνίττειν, διδάσκαλον εὑρὼν σιωπῆς λόγον*. σοφίας δ' ταύτης, ἐγγύεσθε μὲν καὶ αὐτοὶ Πυθαγόρᾳ ξύμβουλοι χρόνον, ὃν τὰ Ἰνδῶν ἐπῃνεῖτε. Ἰνδοὶ γὰρ
D ἀρχαῖον πάλαι ὄντες, ἐπεὶ δ' αἰδοῖ τοῦ λόγου, δι' ὃν σὺ μιμημάτων τῆς γῆς ἀφίκεσθε δῶρα, ἕτεροι μᾶλλον ἐθέλεσθε δοκεῖν, ἢ Αἰθίοπες ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἥκοντες· πάντα ὑμῖν ἐς τοῦτο ἔδρᾶτο. ὅθεν ἐγυμνώσητε μὲν σκυθῶς, ὁπόσοι ἐκεῖθεν, ὥσπερ ξυναποδυόμενοι τὸ Αἰθίοπες εἶ). θεοὺς δὲ θεραπεύειν, ἐφηφίσασθε Ⓜ Αἰγύπτιοι Ⓜ μᾶλλον Ⓜ, ἢ Ⓜ ὑμέτερον Ⓜ ζῆν Ⓜ.

* λόγου.

ἐς λόγους τὲ οὐκ ἀπιστείους ὑπὲρ Ἰνδῶν κατέστητε, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ διαβεβλημένοι, τὸ ἀφ' οἵων διαβεβλῆσθαι ἥκειν. καὶ οὐδὲ μετέρρυθμῆσθέ πω, καὶ τοῦτο ἑδράτε· ὅθεν ἐγυμνώθητε μᾶλλον σκυθρῶς· οἱ καὶ τὴν μέρον ἀπίστιν αὖξ ποιεῖσθε, φιλολοίδορόν τε, καὶ ἰαμβώδη, χρηστὸν οὐδὲν ἀπιστοῦντες Ἰνδοὺς φάσκοντες, ἀλλ' ἢ ἐκπλήξεις, καὶ ἀγωγὰς, τὰς μὲν, ὀφθαλμῶν, τὰς δὲ, ὤτων· σοφίαν δὲ οὔπω ἐμεῦ εἰδότες, ἀϋαίσθητοι φαίνεσθε τῆς ἐπ' αὐτῇ δόξης. ἐγὼ δ' ὑπὲρ ἐμαυτοῦ λέξω οὐδέν· εἶεν γὰρ, ὅ με Ἰνδοὶ ἡγοῦνται. Ἰνδῶν δ' οὐ ξυγχωρῶ ἀπλεῶσαι· ἀλλ' εἴ μεν ὑμῶς ὑμᾶς ἔχει σοφία μεσαίου ἀνδρὸς, ὃς ᾄδων ἐς τὴν Ἑλένην ἐναντίον τῷ πρεσβυτέρῳ λόγῳ, παλινῳδίαν αὐτὴν ἐκάλεσεν, οὐκ ἔστιν ἔτυμος ὁ λόγος ὃν νῦν ἤδη σὺ αὐτὸν ὥρα λέγειν, ἀμείνω τῆς νυῦν παρεσκευάς μεταβαλόντας περὶ αὐτῶν δόξαν· εἰ δὲ μὴ ἄμουσοι πρὸς παλινῳδίαν ὑμεῖς, ἀλλὰ φείδεσθαί τε χρὴ ἀνδρῶν, οὓς ἀξιοῦντες θεοὶ τῶν αὐτοῖς ὄντων, οὐδὲ ἑαυτοῦ ἀπαξιοῦσιν, ὧν ἐκεῖνοι πέπαυνται. διῆλθες ἴνα Θεσπεσίων καὶ περὶ τῆς πειθοῦς λόγον, ὡς ἁπλῶς τε, καὶ ἀκατασκευάστως χρώσης. ὃ παράδειγμα ἐχρῆτό σοι τοῦ λόγου νεὼς, κηροῦ, καὶ πτερῶν ξυντεθείς. ἐμοὶ δὲ ἀκαταβάτως μὲν δοκεῖ οὐδὲ ταῦτα. τὸ γὰρ, ξυμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μελίσσης· καταστευαζομένου ἴσως οἶκον, καὶ οἴκου σῆμα. ὃ δ' οἶμαι μικρὰ ταῦτα ἡγούμενος,

A Sermones insuper nequaquam eorũ meritis dignos de Indis habuistis, quasi calumniam euitaturi, si eos calumniati essetis, à quib. venistis. Neq; in hoc modum mensurámve seruatis vnquam iugiter in eodem perseuerantes, ex quo illorum habitũ exuistis: verùm hodierna die huius, quod dico, manifestissimum signum dedistis, cùm Indos cõtentionis cupidos, & iambicè loquentes, ac nihil boni, rectíve sentientes, appellaueritis, & miracula duntaxat, & præstigia, delu-
B sionésque, cùm aurium, tum oculorũ meditantes. Cúmq; qualis sapientia mea sit, adhuc ignoretis, absq; sensu tamen de ipsa opinari videmini. Ego autem de me ipso nihil dicam: atque vtinam sim talis, qualẽ Indi me existimãt. Indos vero quoad potero maledictis lacerari non permittam. Vos autem si quid eiusmodi sapitis, quale quõdã *Himeræus* vir Stesichorus, qui
C de Helena carmẽ illi, quod prius scripserat, cõtrarium decantans, Palinodiam, seu recantationem vocauit eiusmodi, *Non verus hic sermo*. iam tempus est vos dicere, opinionem quam nunc de illis habetis, in melius mutantes. Sin ad Palinodiam faciendã dispositi non estis, saltem maledictis abstinete in eos viros, quos Dij bonis, quæ contulere, dignos iudicantes, eius etiam, quã ipsi *comparariũt*, quietis indignos non arbitrantur. Attulisti præterea, ô Thespesion, de Suasionis Deæ templo rationem
D quandam, quod simplex, & sine apparatu esse debet: exemplóque vsus es templi ex cera quondam, plumísq. compositi. Mihi vero nequaquam imparatum hoc esse videtur: nam illud poëtæ,

Conferte ô volucres, pennas, & apes
quoque ceram.

eius erat qui domum præparabat, & domus formam. atque is etiam, vt opinor, parua hæc

&minora quàm ſua mereretur ſapiẽ- A tia, reputans, maius aliud atque aliud templum, & pulcherrimum omniũ expetiuit: ex vno autem ipſorum illecebras aureas Sirenarum leporem quendam continentes ſuſpendiſſe dicitur. Poſtmodum verò præclariſſima dona ornamenti gratia ad leporem congregauit, neque ſtatuariæ artis repudiauit induſtriam, ſtatuas, coloſſóſque permultos ad templum deducentem, partim ho- B minum, partim Deorum, necnon & equorum, aut taurorum, & aliorum cuiuſque generis animalium, nec Glaucum cum ſuppocillis accedentem: nec rurſus arcis Troianæ captiuitatem, quam ibi Polygnotus pinxit. Non enim Lydium aurum Suaſionis Deæ ornamentum putabat, ſed Græcorum cauſa illud introduci gaudebat, oſtendere illis cupiens, vt opinor, Barbarorum diuitias, vt illas acquirere magis optarent, quàm inter ſe bella gerendo mutuò populari. Hæcigi- C tur Græco ritu, & ſuæ ſapientiæ accommodato voluit apparari, templúmq; Suaſionis hoc modo ſplendidum, & ornatum reddidit. Puto etiam ipſum ornatus cauſa reſponſa carminibus dare. Niſi enim huius rei cauſa id faceret, ſic, vt opinor, reſponderet, fac, aut non fac, aut vade, vel non vade, tales aſciſce ſocios, aut ne aſciſcas. Hæc D enim breuia ſunt, &, vt vos dicere ſoletis, nuda. Ipſe autem, vt ſe magniloquum, & interrogantibus iucundiorem exhiberet, poëtarum more ſua reſponſa componit. Neque verò putat aliquid eſſe, quod neſciat, ſed etiam arenæ numerum, & maris omnes menſuras aſſerit comprehendiſſe: quod tu forſitan

C δε, πολλοὶ κὴ ὀνομασοὶ ἄνδρες ἀποθα-
νεῖν ἠσπάσαντο. ὡς δὲ ἀπολέσθαι φι-
λοσοφίαν, μήτε ἐγὼ ἀποθανοίμι,
μήτε ὅς τις σὺν ἐμοὶ τὲ, δὲ Απολλωνίῳ
ἑπόμενος. πρὸς ταῦτα ὁ Απολλώνιος,
Δάμιδι μὲν ὑπὲρ τῶν παρόντων βύ-
λαβῶς διειλεγμένῳ, ξυγνώμην, ἔφη,
προσήκει ἔχειν. Ασύριος γὰρ ὢν, κὴ
Μήδοις πρόσοικος, οὗ τὰς τυραν-
D νίδας προσκυνοῦσιν, ἔδεν ὑπὲρ ἐλευ-
θερίας σύνοιδεν μέγα. σὺ δ' οὐκ
οἶδ' ὅτι πρὸς φιλοσοφίαν ἀπολογήσῃ,
φόβος ὑποδὺς, ὧν εἴ τι δὲ ἀληθὲς ἐ-
φαίνετο, ἀπαγὲν ἔχρην μᾶλλον, ἢ εἴσω
καθίσαντα τὸν φοβεῖσθαι τὸν εἰ μὴδ' ἃ
παθεῖν εἰκὸς ἦν, δεδιότα. σοφὸς δ' ἀ-
νὴρ, ἀποθνησκέτω μὲν ὑπὲρ ὧν εἶπας.

ἀποθανοῖ δ' ἂν τις ὑπὲρ τούτων, ἢ μὴ σοφός. τὸ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν, νόμῳ προσέταξεν· τὸ δ' ὑπὲρ ξυγγενείας, ἢ φίλων, ἢ παιδικῶν, φύσις μὲν ὤρισε· δουλοῦται γὰρ ἅπαντας ἀνθρώπους φύσις, ὁ νόμος. φύσις μὲν, καὶ ἑκόντας. νόμος δὲ, ἄκοντας. σοφοῖς γε οἰκειότερον τελευτᾶν, ὑπὲρ ὧν ἐπετήδευσαν. ἃ γὲ μὴ νόμου ἐπιτάξαντος, μηδὲ φύσεως ξυντεκούσης αὐτοὶ ὑπὸ ῥώμης τε καὶ θράσους ἐμελέτησαν· ὑπὲρ τούτων, εἰ καταλύοι τις αὐτά, εἴτε μὲν πῦρ ἐπὶ τὸν σοφόν, εἴτε γε πέλεκυς. ὡς νικήσῃ αὐτὸν οὐδὲν τούτων, οὐδὲ ἐς ὁποιονοῦν προσελᾷ ψεῦδος· καίτοι γε ὁπόσα οἶδε, μεῖον οὐδέν, ἢ ἃ ἐμνήσθη. ἐγὼ δὲ, γιγνώσκω μὲν πλείω ἀνθρώπων, ἅτε εἰδὼς πάντα· οἶδα δὲ, ὧν οἶδα, τὰ μὲν, ἀπαιδεύτοις, τὰ δὲ, σοφοῖς, τὰ γε, ἐμαυτῷ, τὰ δὲ, θεοῖς· τυράννοις δὲ οὐδέν. ὡς γε οὐχ ὑπὲρ ἀνοήτων ἥκω, σκοπεῖν ἔξεστιν. ἐγὼ γὰρ λέγω, προσὶ μὲν τῷ ἐμαυτοῦ σώματι, κινδυνεύω οὐδέν, οὐδ' ἀποθανοῖμι ἂν ὑπὸ τῆς τυράννιδος, οὐδ' εἰ αὐτὸς βουλοίμην· ξυνίημι γε κινδυνεύων πρὸς τοῖς ἀνδράσιν, ὧν, εἴτε δέχεται, εἴτε προσθήκην ποιεῖταί με ὁ τύραννος, εἰμὶ πᾶν ὅ,τι βούλεται. εἰ γε προὐδίδων σφᾶς, ἢ βαρβάρων, ἢ βλαπτόντων πρός τινα αἰτίαν, τίς ἂν τοῖς ἀπαιδεύτοις ἔδοξα; τίς δ' οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με εἰκότως, ὡς παίζοντα ἐς ἄνδρας, οἷς ἃ παρὰ τῶν θεῶν ἤτουν, ἀνεθέτην.

A sed pro his & non sapiens quispiam moreretur. Nam pro libertate mori leges iubent: pro agnatis verò, & amicis, ac pro iis omnino, quos amaueris, idem esse faciendum natura ipsa præfiniuit. Legi autem, naturæque omnes homines seruiunt: naturæ quidē sponte, legi autem quandoque etiam inuiti. Sapientes autem magis decet pro iis mori, in quibus sese exercuerunt. Quæ enim nulla iubente lege, nec impellente natura, B ipsi fortitudine quadam animi eligere ausi sunt, pro his, si quis ea soluere tentauerit, mori non recusabunt: siue ignis admoueatur sapienti, siue accedat securis, nihil horum profectò vincet sapientem; nec ad aliquod dicendum mendacium compelletur: & in his omnibus quæ didicit constans nihil minus permanebit quàm in sacris, quibus est initiatus. Ego autem plura quàm ceteri homines cognosco, C vtpote qui sciam omnia. Scio autem quæ scio, partim studiosis hominibus, partim sapientibus, partim mihi ipsi, partim etiam Diis immortalibus: tyrannis autē scio nihil. Quòd autem non pro dementibus huc venio, ex hoc facilè intelligi potest: *Atenim ego in nullo quidem capitis periculo versor*, nec à tyrannide interfici possum, etiam si hoc ipse vellem: intelligo tamen in hominibus me periclitari, quorum siue principium, siue additamentū me facit tyrannus, ero quicquid ipse voluerit. Sin autem hos perdidero, aut negligentius, aut mollius eorum causam agendo, qualis nam studiosis viris esse videbor? aut quis non iustè interficiet, qui viros deluserim, quibus * vt à Diis petij, præpositus sum.

* *que à Diis petebam, tributa sunt.*

Tyrannorum duas esse puniendis hominibus consuetudines. Tum quomodo Tiberius, & Nero homines occiderint. Item de Phraote, & Iarcha, & poculo sapientum Indorum. Hinc seipsum noscere vnumquenque oportere. Vnde illud, Χίλων δ' ὁ χείλη Λακεδαίμονι γνῶθι σαυτόν. *id est*, Inque caua Chilon Lacedæmone, Nosce te ipsum. *Tum quid faciat sapientia.* CAP. VII.

QVONIAM autem fugere mihi non licebat, quin proditionis crimen subirem, iam ostendam. Tyrannorum *mores duorum generum* sunt: aut enim indicta causa homines occidunt, aut iudicio antea suppositos, ac damnatos. Sunt autem similes illi quidem calidis, promptísque belluis; hi verò mollioribus, & ignauioribus. Quòd autem vtrique molesti sint, omnibus patet. Licet autem exempla sumere, eius quidem, qui furore quodam, B indictáque causa occidebat, Neronẽ, alterius autem mollioris Tiberiũ. Interfecit enim ille quidem eos, qui nihil tale metuebant: hic autem eos, qui iamdudum id timuerant. Ego autem deteriores illos existimo, qui iudicium fingentes, secundum leges decernere aliquid simulant, cùm secundum leges nihil faciant: decernunt enim perinde atque ij, qui iudicij obseruatione non C vtuntur, nomine legis abutentes in iis, qui per iracundiam agentes de alicuius morte sententiam ferunt. Nam sic interficiendo, miseris illis hoc pacto damnatis, multitudinis misericordiam auferunt; quam velut exequias præbere decet iis, qui iniustè fuerint interempti. Huius itaque tyrannidis iudiciariam quandam formam videre mihi videor, quæ tamen in iniudicatum terminetur. Nam de quibus antequam D iudicium fiat, constituit quid sit agendum: eos tanquam non iudicatos iudicio subijcit: & qui tali iudicio damnatus fuerit, manifestè

A ΟΤΙ δ' καὶ ἐμοὶ διαφυγεῖν τὸ οὐ μὴ προδόντας δόξαι, δηλῶσαι βούλομαι. τυραννίδων ἤδη διττά. αἱ μὲν γὰρ ἀκρίτοις ἀποκτείνουσιν· αἱ δ' ὑπαχθέντας δικαστηρίοις. ἐοίκασι δ' αἱ μὲν, τοῖς θερμοῖς τε, καὶ ἑτοίμοις τῷ θηρίων· αἱ δὲ, τοῖς μαλακωτέροις τε καὶ ληθάργοις. ὡς μὲν δὴ χαλεπὸν ἄμφω, δῆλον πᾶσι παράδειγμα ποιουμένοις, τὴ μὲν ὁρμώσης, καὶ ἀκρίτου, Νέρωνα· τὴν δ' ὑπο- *al. ὑφ' ἧς ἦσαν*
καθημένης, Τιβέριον. ἀπώλυσαν γὰρ, ὁ μὲν, οὐδ' οἰηθέντας, οὐδ' ὅτι πολλοῦ δεήσαντας. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι χαλεπωτέρας τὰς δικάζειν προσποιουμένας, καὶ ψηφίζεσθαί τι ὡς ὅτι τῶν νόμων· προσποιοῦσι μὲν γὰρ κατὰ τοῦτο οὐδέν· ψηφίζονται δ' ἀπὸ μηδὲν κινοῦντες, ὄνομα τῷ διατείνοντι τῆς πρὸς ὀργῆς δεῖμοι νόμου. τὸ δ' ἀποθνήσκειν κατεψηφισμένους, ἀφαιρεῖται τοῦ ἀθλίου, καὶ τὰ περὶ τὴν πολλὴν ἔλεον, ὃν ὥσπερ ἐπιτάφιον χρὴ ἐπιφέρειν τοῖς ἀδίκως ἀπολωλόσι. δικαστικὸν μὲν δὴ τὸ τῆς τυραννίδος ταύτης ὁρᾶν χρῆμα· τελευτὴν δέ μοι δοκεῖ ἐς ἀκρίτου. ὧν γὰρ πρὶν ἢ δικάσαι κατεψηφίσατο, τούτους ὡς μή πω δεδικασμένους ἐπάγει τῇ κρίσει. καὶ ὁ μὲν, ψήφῳ ἄλλοις, ἐπ' αὐτῇ δῆλον

ὡς ὑπὸ τῶν μὴ κατὰ νόμους κρίνεσθαι ἀπολωλεκέναι φησίν. ὅσῳ σὺ λιπὼν τὸ δικάσασθαι, πῶς αὖ διαφύγοι τὸ μὴ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ ἐψηφίσθαι; τὸ δὲ καὶ τοιῶνδε ἀνδρῶν κειμένων, ἐπ' ἐμοὶ νυνὶ ἀποδρᾶναι Ⓥ ἐμαυτόν τε, κἀκείνων ἀγῶνα, ποῖ με τῆς γῆς ἑκὼν καθαρὸν δόξαι; ἔγωγε σὲ μὲν εἰρηκέναι ταῦτα, ἐμὲ δὲ ὀρθῶς εἰρημένοις πείθεσθαι, τοὺς δέ, ἀπεφάχθαι· πῆς μὲν ὑπὲρ εὐπλοίας εὐχὴ τῷ τοιῷδε; ποῖ δὲ ὁρμιεῖται; πορεύσεται δ' ἂν πρὸς τίνα; ἀλλαχῆ γὰρ χρὴ οἶμαι πάσης, ὁπόσης Ρωμαῖοι ἄρχουσι. πρὸς ἄνδρας δὴ ἥκειν ἀπιστείους τε, καὶ μὴ σὺν φανερῷ οἰκοῦντας· τοιοῦτοι δ' ἂν Φραώτης τε εἴη, καὶ ὁ Βαβυλῶνι Ⓖ, καὶ Ιαρχας ὁ Ἰνδῷ Ⓖ, καὶ Θεσπεσίων ὁ γυναῖ Ⓖ. εἰ μὲν δὴ ἐπ' Αἰθιόπων στελοίμην, τί ἂν, ὦ λῷστε, πρὸς Θεσπεσίωνα εἴποιμι; εἴτε γὰρ κρύπτοιμι ταῦτα, ψευδολογίας ἐραστὴς δόξω, μᾶλλον δ' οὐδλος. εἴτε ἐς ἀπαγγελίαν αὐτῶν ἴοιμι, τοιῶνδέ που δεήσει λόγων. ἐμὲ, ὦ Θεσπεσίων, Εὐφράτης πρὸς ὑμᾶς διέβαλεν, ἃ μὴ ἐμαυτῷ ξύνοιδα. ὁ μὲν γὰρ κομπάσειε, ἔφη, καὶ τεράτων με εἶναι, καὶ ὑβρισὴν σοφίας, ὁπόση Ινδῶν. ἐγὼ δ', ταῦτα μὲν οὐκ εἰμὶ, προδότης τε τῶν ἐμαυτοῦ φίλων, καὶ σφαγεὺς, καὶ οὐδὲν ἧσσον, ἢ τὰ τοιαῦτά εἰμι. στέφανόν τε ἀρετῆς, εἴ τις κεῖται ἐνταῦθα, στεφανούμενος ἥκω τοῦτον· ἐπειδὴ τοὺς μείζους τῶν κατὰ Ρώμην οἴκων οὕτως ἀνεῖλον, ὡς μηκέτι οἰκήσεως αὐτοῦ ἐπι-

A patet ab homine non secundum leges iudicante damnatum esse: qui autem iudicium refugerit, quónam pacto euitabit infamiam, quin sese ipsemet damnauerit? Cùm itaque viri tales contra me nunc positi sint, si contentionem mihi aduersus eos instantem aufugiam, quæ terra me crimine purum iudicabit? Supponatur enim, ea quæ dixisti rectè, veréque fuisse dicta, me verò tanquam B verè dictis parêre: hos autem, quos tueri debeo, supponatur interfici: quas ego cùm sim talis, pro secunda nauigatione preces faciam? quò me conferam? Aut ad quem pergere exoptabo? Essent enim, vt opinor, omnia loca, vbi Romani dominantur euitanda; veniendúmque ad viros cùm mihi amicos, tum non palam, & in aperto degentes qualis aut Phraotes esset, aut Babyloniæ rex, aut diuinus Iarchas, aut generosus C Thespesion. Quòd si ad Æthiopes diuertendum mihi statuerim, quídnam, vir optime, Thespesioni dicendum erit? siue enim quæ egissem occulerem, mendaciorum amator ac seruus potius esse videbor: sin verò hæc patefacere constituerē, tali opinor oratione vtendum erit. Me quidem, ô Thespesion, Euphrates apud vos calumniatus est, crimina obiiciens, quorum mihi nequaquam conscius eram. Dicebat enim me iactatorē esse, & portentosa quædam loquentēm: Indorum præterea D sapientiæ violatorem: ego autem reuera nihil horum sum, proditor autem amicorum & iugulator, & perfidus, & alia quædam huiusmodi me esse fateor: adeò vt si quis pro talibus virtutibus coronari mereatur, ego me illum esse profitear, quoniam maximas earum, quæ Romæ sunt, familias ita perdidi, vt illic degere amplius ex ipsis nemo possit.

Quòd

Quòd si hæc me dicentem audires, Demetri, erubesceres profectò: iam enim hoc ita sentio, quasi ea quæ oculis cernuntur. Quid autem, si Phraotem & me ad virum talem in Indiam fugientem ante oculos tibi ponas? Animaduertere iam nunc potes, quomodo ipsum intueri possem, aut quam causam fugæ prætexere? *numquid* tibi præclarum videretur, si dicerem, probum iustúmque antea me ad eum venisse, & animam pro amicis ponere paratum; postquam verò fuerim cum eo versatus, *rem omniū quæ inter homines sunt maximè diuinam, vt vilem proiecisse?* Iarchas autem ex me veniēte nihil quæreret, sed velut Æolus Vlyssem, quando prosperæ nauigationis munere abutentem, ignominiosè iussit ex insula discedere: sic ille, comitésque, è sacro colle me depellerent, iniquum dicentes præmium pro accepto poculo me referre. Volunt enim vt quicunque ex illo bibunt, periculorum cum amicis participes sint. Et quoniam scio quàm sis in sermonibus vehemens & acutus, ô Demetri, posses has meas rationes facilè confutans dicere, vt ad eos accederem, cum quibus versatus antea non essem. Sic enim forsitan bene mihi succedere fugam arbitrareris, quòd *facilius* possem apud eiusmodi homines *latere*: itaque rationem hanc quid habeat veritatis, perscrutemur. Mihi enim de illa sic videtur. Ego virum sapientem censeo, nihil priuatim sui causa facturum, neq. arbitraturum quicquam ita occultè fieri posse, vt ipse saltem sibi non adsit: & siue Apollinis Pythij præceptum id fuerit, siue sapientis hominis cuiusdam se ipsum probè cognoscentis, & ob hoc sententiam hanc de omnibus in communi proferentis, siue alio quo-

A ἐρυθριᾷς, Δημήτριε, τούτων ἀκούων; ὁρῶ γάρ. τί οὖν, εἰ Φραώτην ἀνθυμηθείης, κἀμὲ παρὰ ⓦ ἄνδρα τοῖον ἐς Ἰνδοὺς φεύγοντα, πῶς μὴ ἂν ἐς αὐτὸν βλέψαιμι; τί δ' ἂν εἴποιμι ὑπὲρ ὧν φεύγω; μῶν ὡς ἀφικόμην μὲν καλὸς κἀγαθὸς πρεσβύτερον ⓦ, καὶ τὸν θανάτου ⓦ ὑπὲρ φίλων καὶ ἄθυμος*· ἐπεὶ δὲ ξυνεγενόμην αὐτῷ, τὸ θαρραλέον τοῦτο * τῶν κυνῶν ἀνεφόητος, ἄπιμον ἐρρίνηκά σοι; ὁ δὲ Ἰάρχας οὐδὲ ἐρήσεταί σου οὐδὲν ἥκοντα, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Αἰόλος ποτὲ ⓦ Ὀδυσέα κακῶς ξενοπαθήσαντα ⓦ τῷ τῆς εὐπλοίας δώρῳ, ἄπιμον ⓦ ἐκέλευσε χωρεῖν τῆς νήσου· κἀμὲ δή που ἀπελᾷ τοῦ ὄχθου, κακὸν εἰπόντες τὸ ταμπάλιον ⓦ γέρας ἐνεγκεῖν πάλιν. βούλονται γὰρ τὸν ἐς αὐτὸ κύλικα, καὶ κινδύνων κοινωνεῖν τοῖς φίλοις. οἶδα ὡς δεινὸς εἶ, Δημήτριε, λόγοις ξυντεμεῖν πάντας. ὅθεν μοι δοκεῖς καὶ τοιαῦτά μ' ἐρεῖν πρὸς με. ἀλλὰ μὴ πρὸς τούτοις ἴθι, πρὸς ἄνδρας δέ, οἷς μή πω ἐπέμιξας· καὶ οὕτω σοι δόξω τὸ ἀποδρᾶναι· ῥᾷον γὰρ καὶ ἐν εἰδόσι λήσω. βασανιζέσθω δὲ καὶ ὁ λόγος, ὅπη τοῦ πιθανοῦ ἔχει. δοκεῖ γάρ μοι πρὸς αὐτὰ τάδε. ἐγὼ ἡγοῦμαι ⓦ σοφὸν μηδὲν ἰδίᾳ, μήθ' ἑαυτοῦ πράξειν, μήθ' ἡγήσεσθαι τοιοῦτον ἀνδρὸς ⓦ, ὡς μὴ οὐ ⓦ θεῶν ἑαυτῷ παρεῖναι. καὶ εἴτε Ἀπόλλωνος αὐτοῦ, τὸ Πυθοῖ γράμμα, εἴτε ἀνδρὸς ὑγιῶς ἑαυτοῦ ⓦ γνόντος, καὶ διὰ τοῦτο γνώμην αὐτὸ ποιουμένου ἐς πάντας;

ex. οὐκ ἀνθρασύμονος, ἀλλ' οὐθενὸς ἐπὶ κινδύνοις ἐπὶ φίλων, ἄπιμον ex. τί οὖν ἐπιμένω; μὴ γένοιτο ex. ἐρρίνηκας

δοκεῖ μοι ὁ σοφὸς ἑαυτὸν γιγνώσκων, καὶ ὡρασάτῳ ἔχων τὸν ἑαυτοῦ νοῦν, μήτ' ἂν πλῆξαί τι, ὧν οἱ πολλοὶ, μήτ' ἂν θαρσῆσαί τι, ὧν ἕτεροι μὴ ζωὴ αἰσχύνης ἅπτονται. δοῦλοι γὰρ τῶν τυραννίδων ὄντες, καὶ προδοῦναι αὐτὰς ποτε τοῦ φιλτάτοις ὥρμησαν· τὰ μὲν μὴ φοβερὰ δείσαντες, ἃ δὴ χρὴ δεῖσαι, μὴ φοβηθέντες. σοφία δὲ οὐ ξυγχωρεῖ ταῦτα. πρὸς γὰρ τῷ Πυθικῷ ἐπιγράμματι, καὶ τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἐπῳδὴ*, ξυνέσιν ἡγουμένου περὶ τοῦ ἀνθρώπους εἶναι τὴν ἀπολλύουσαν αὐτοὺς, ὑπὸ συνειδήσεων, ὡς κακὰ εἰργασμένοι εἰσίν. ἥδε γάρ που καὶ τῷ Ὀρέστῃ τὰ τῆς δυσμενίδων εἴδη ἀνέγραψεν, ὅτε δὴ μαίνεται ὑπὸ τῆς μητρός. νοῦς μὲν γὰρ, τῶν πραγμάτων κυβερνήτης· συνέσεις δὲ, τῶν ἐκείνῳ δοξάντων. ὧν μὲν δὴ χρησταὶ ἔλπηται ὁ νοῦς, πέμπει ἤδη τὸν ἄνδρα ἡ ξυνέσεις ἐς πάντα μὲν ἱερὰ, πάσας δὲ ἀγυιὰς, πάντα δὲ τεμένη, πάντα τῶν ἀνθρώπων ἤθη, κροτοῦσά τε, καὶ ᾄδουσα. ἐφυμνήσῃ δὲ αὐτῷ καὶ καθεύδοντι παρίσασα χορὸν εὔφημον καὶ τοῦ τῶν ὀνείρων δήμου. ὧν δ' ἐς φαῦλα ὀλισθήσῃ ἡ τοῦ νοῦ ξύνεσις, καὶ ἐφ' τούτων ἡ ξυνέσεις, οὔτε ὄμμα ὀρθὸν ἐς ἀνθρώπων τινὰ ἀφεῖναι, οὔτε τὸ ἀπ' ἐλευθέρας γλώττης φθέγμα. ἱερῶν τε ἀπελαυνούσῃ, καὶ εὐχέων· οὐδὲ τῶν χεῖρα αἴρειν ξυγχωρεῖ ἐς τὰ ἀγάλματα, ἀλλ' ἀποκωλύειν αἴροντας, ὥς περ τοὺς ἐπαναστατικοὺς οἱ νόμοι. ἐξίστησι τῶν αὐτοὺς καὶ ὁμίλου παντὸς, καὶ ἁγιστείων καθεύδοντας· καὶ ἃ μὲν

χ. ἐπαοιδῇ

A cunque modo se res habeat, mihi sapientis esse videtur se ipsum noscere, & sui ipsius mentem habere præsidem; neque terrefieri ab iis, quæ plerique timent, neque rursus audere quicquam aggredi eorum, quæ ceteri absq. rubore vllo, verecundiáque, attentant. Qui enim tyrannis inseruiunt, sibi etiam amicissimos prodere conantur, timentes, ea quæ verè timenda non sunt, quæ verò timere oporteret, non metuentes. talia verò vti fiant, non B concedit sapientia: quæ præter Pythium epigramma, Euripidis quoque sententia laudat: putantis conscientiam esse, quæ homines puniat, cùm se malè operatos fuisse recogitant, eadem enim furiarum pœnas apposuit Oresti, quando aduersus matrem insaniit. Mens enim agendarum rerum domina est: conscientia verò quæ menti videntur. Quapropter si mens opera bona eligit facienda, conscien- C tia virum mittit ad omnia sacra, per omnes vicos, per omnia Deorum templa, ad omnes hominũ species: & plaudens, canénsque ipsum vbique laudat: dormienti quoque eidem assistens, præclarum chorum è somniorum domo illi circomponit. sin ad aliqua delicta seditiosa mens prolabitur, non finit conscientia talem hominem rectis oculis quenquam aspicere: nec expeditè verba proferre, à sacris quo- D que & precibus, votísque eundem arcet: neque manus ad simulachra Deorum attollere finit, & attollentem increpat, ac reiicit, sicuti leges contra rebelles fieri iubent: ab omni etiam hominum cœtu eundem exterminat, & dormientes terrefacit, & quæcunque per

diem fecerint, ea tanquam imagines audire, aut dicere arbitrantur, & ea omnia similia somniis, vanáque conscientia efficit. Debiles autem visiones & phantasticos terrores probabiles, & verè timendos ostendit. Hoc itaque pacto conscientia me redarguet, siue ad eos, qui me agnoscunt, siue ad eos, qui non cognoscunt, accesserim. Quòd enim talia agens, virorum proditor sim, manifestè me & ostendisse arbitror, & ipsa veritas apertè demonstrat: quinetiam mei ipsius proditor non ero, pugnabóque aduersus tyrannum generosi Homeri carmen decantans, *Communis Mars.*

A ὀφθῶσι μεθημέραν, ⁊ ἤδη τινὰ ἀκούειν, ἢ λέγειν οἴονται, ὀνείρατα, καὶ αἰνιγμάτια ποιεῖ τούτοις· τὰς δὲ ἀμυδράς, καὶ φαντασιώδεις φοίτας, ἀληθεῖς ἤδη, καὶ πιθανὰς τοῦ φόβου. ὡς μοὶ δὴ ἐλέγξει με ἡ συνείδησις, ἐς εἰδότας τε, καὶ μὴ εἰδότας ἥκοντα, προδότης γεγονέναι τῶν ἀνδρῶν. δεδεῖχθαί μοι σαφῶς οἶμαι, ⁊ ὡς φαίνει ἀληθές. προδώσω γὲ οὐδὲ ἐμαυτὸν, ἀλλ' ἀγωνιοῦμαι πρὸς τὸν τύραννον, τὸ τοῦ γενναίου Ὁμήρου ἐπειπών, ξυνὸς Ἐνυάλιος.

B

C

D

Apollonium discessisse Puteolis à Demetrio nauigaturum Romam. Tum de Æliane amico Apollonij.

CAP. VIII.

HAC oratione adeò se commotum scribit Damis, vt animi promptitudinem, audaciámque receperit. Demetrius quoque non amplius aduersatus est Apollonio, sed illius dictis consentiens quasi diuinitus datam laudabat eius opinionem, quòd pro talibus viris auderet periclitari: philosophiam itidem collaudans, quæ ei talem audaciam præstabat. Deinde ipsos præcedens domum suam ducere voluit: verùm id recusauit Apollonius, meridiem iam instare dicens: velle autem se prima nocte Romanorum portum intrare, sicut naues facere consueuerunt: alias verò concœnabimus, inquit, vbi melius sese habebunt res meæ. nunc enim vererer ne qua aduersus te institueretur accusatio, quòd cum regis inimico cœnauisses. neque verò nobiscum ad portum descendere te volo, ne quis te mecum sermones aut arcana consilia communicasse criminetur.

ΤΑΥΤΑ ὁ Δάμις τ λόγων, αὐτὸς μὲν οὕτω διατεθεῖναί φησιν, ὡς ὁρμεῖν τ ἀναλαβεῖν, ⁊ θάρσος. τὸν Δημήτριον δὲ μὴ ἀπογνῶναι τῶ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐπαινέσαντα, καὶ ξυνθέμενον οἷς εἶπεν· ἀποδάσαι δ' ὑπὲρ οὗ κινδυνεύει. καὶ φιλοσοφίαν αὐτῷ, ὑπὲρ ἧς καρτερεῖ ταῦτα. ἡγεῖσθαί τ αὐτοῖς, οὐ καταλύων ἐτύγχανε· τὸν δ' Ἀπολλώνιον παραιτούμενον τόδε, δείλην ἤδη φάναι. ⁊ χρὴ τοὶ λύχνων ἁφάς, ἐς τὸν Ῥωμαίων λιμένα ἀφεῖναι. τοῦτο γὰρ ταῖς νανσὶ ταύταις νόμιμον. ξυνεσόμεθα δ', ἀπ' οὐ τἀμὰ ἔχει. νυνὶ γὰρ ἂν ⁊ καταμεμφθείη τις αἰτία ἀπὸ σοῦ, ὡς ξυνεστῶτα τῷ τ βασιλέως ἐχθρῷ· καὶ μηδὲ πλοῦν ἀπὸ τ λιμένος μεθ' ἡμῶν ἴσθι, μὴ ⁊ τὸ λόγου* σε κεκοινωνηκέναι τοῦ λόγου κ. μοι* διαβάλῃ ἐς ἀπορρήτους βουλάς. κ μὲ δ.

ξωεχώρησε μὲν δὴ ὁ Δημήτριος. καὶ A Eius verbis assensus Demetrius, abeuntes complexus dimisit, *& conuersus lachrymas abstergebat*. Apollonius autem in Damidem *intuens*, Si animo vales, inquit, &, sicut ego, audacia abundas., ambo nauem ingrediamur: sin verò propter timorem animo deficis, tempus adhuc supereſt hoc loco manendi. Commodissimè namque apud Demetrium vtrique nostrum amicissimum versari poteris. Ad hæc respondens Damis, Quem me esse tunc putarim, si hodie tibi de periculorum pro amicis toleratione differenti cùm interfuerim, tamen solum te relinquam, & immunis à periculis esse velim; cùm hactenus nunquam timidus erga te visus fuerim. Præclarè dicis, inquit Apollonius, propterea pergemus: ego quidem eodem quo sum habitu, te autem habitum magis popularem assumere oportet, vt neque comam habeas tam prolixam, & hanc lacernam lintea veste permutes. Calceamenta insuper quæ nunc habes, dimittere opus est. Quid autem hæc permutatio, conferat, ostendam. Nolo enim te deprehensum mecum in eodem esse discrimine: Si enim vestitum mecum cõmunicares, *futurum est* vt comprehendaris quàm primùm. Ego autem cupio, vt non tanquam philosophus, sed tanquam amicus & familiaris me sequi videaris. His verbis persuasus Damis, Pythagoreum habitum permutauit, non quidem ob timorem aut pœnitentiam vllam, & Apollonij calliditatem laudauit, quam temporis causa exercere necesse fuit. Post hæc Puteolis soluentes, cùm iam triduò nauigassent, ostia Tyberina intrauerunt, vnde facili

ὁ δ' Ἀπολλώνιος, ἰδὼν ἐς τ' Δάμιν, εἰ μὲν ἐῤῥωσαι, ἔφη, καὶ θαρσεῖς, ἅπερ ἐγώ, βαδίσωμεν ἅμφω ἐπὶ τ' ναῦν. εἰ δ' ἀθύμως ἔχεις, ὥρα σοι καταμένειν αὐταῦθα. Δημητρίῳ γὰρ ξυνέσεσθον τὸν χρόνον τοῦτον, αὐδρὶ σοί τ', κἀμοὶ ἐπιτηδείῳ. ὑπολαβὼν δ' ὁ Δάμις, καί που, ἔφη, νομιῶ ἐμαυτ', εἰ τοιαῦτά σου διέλεγμαι σήμερον ὑπὲρ φίλων, καὶ κοινωνίας, καὶ κινδύνων, οἱ ἐπ' αὐτοῦ ἥκουσιν· ἐγὼ δ' ἀνήκοος ἂν λόγου φοβοίμην σε, καὶ ἀποκινδυνεύοιμί σου, μή πω κρεῖττον κακὸς ὑπὲρ σοῦ δόξας. ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, καὶ ἴωμεν. ἐγὼ μὲν, ὡς ἔχω· σὲ δ' χρὴ μεταςκευάζειν σαυτὸν ἐς τὸ δημοτικώτερον, καὶ μήτε κομᾶν· ὡς γοῦν ἐνὸς τρίβωνά τ' ἀνταλλάξεσθαι τουτὶ τὸ λίνεον, καὶ τὸ ὑπόδημα θρασείας τοῦδε. τί δὲ βούλεταί μοι ταῦτα, χρὴ λεχθῆναι. λῷον γὰρ καὶ πλείω καρτερῆσαι περὶ τ δίκης. οὐ δὴ βούλομαι κοινωνῆσαί μοι περὶ τούτων ξυλληφθέντα. ξυλληφθείης γὰρ ἄν, διαβεβλημένος τὸ σχήματος. ἀλλ' ὡς μὴ φιλοσοφοῦντα μὲν, ἐπιτήδειον δ' ἄλλως ὄντα μοι, ξυνέπεσθαί τ', καὶ θαρρεῖν, οἷς πράττω. αἰτία μὲν ἥδε τὸ μεταβαλεῖν τὸν Δάμιν, τὸ τ Πυθαγορείων σχῆμα. οὐ γὰρ ὡς κακίω γε αὐτὸ μεθεῖναί φησιν, ἀλλὰ μεταγνοὺς αὖ. τέχνῃ δ' ἐπαινέσας, ἵνα ὑπῆλθεν ἐς τὸ ξυμφέρον τ καιρός. ἀποπλεύσαντες δὲ τῆς Δικαιαρχείας, τελταῖοι κατῆραν ἐς τὰς σχολὰς τ Θυμβριδος, ἀφ' ὧν ξύμμιξις ἐς πλὼ

Romam vsque nauigatio est. Fortè per id temporis regium gladium tenebat Ælianus, vir iamdudum Apollonij amator, cum quo in Ægypto fuerat quandoq. locutus. Is apertè nihil pro Apollonio Domitianū rogauit. neque enim eius quem gerebat magistratus ratio permittebat. Quonam enim pacto virū regis inimicum apud eundem laudare ausus esset, aut quomodo velut amicum excusare? Omnibus tamen artibus, quæ clanculum prodesse cuiq; possunt, pro Apollonio vsus est. Nam cùm suum ante aduentum grauiter à calumniatoribus accusaretur Apollonius, O rex, inquit, quàm pleni sermonum inanium sunt sophistæ, quantáque est in eorum arte iactantia: qui quoniam in vita nullius boni compotes sunt, mortem appetunt: nec ipsam sponte sua venientē expectare sustinent, sed eam vi quadam ad se trahunt, eos lacessendo, qui gladios in manibus habent. Hoc ipsum, vt arbitror, Nero cùm animaduertisset*, Apollonium interficere noluit. Vbi enim mortem affectare illum sensit, non veniæ gratia mortem remisit, sed illum despiciēs non est dignatus occidere. Musoniū quoque Tyrrhenum, multis in rebus imperio suo aduersatum in insulam relegauit nomine Tyaram. adeóque sophistas huiusmodi amant Græci, vt tunc quidem ad eius colloquio fruendum, omnes eò nauigarent: nunc autem fontis, quem fecit visendi causa, eodem omnes accedant. Nam in insula aquis carente Musonius fontē inuenit, quem Græci nunc laudib. efferunt non minus eo, quem in Helicone ab equo inuentum fabulantur.

In Reg. Cod. *non subductū fuisse à Demetrio, quo minus interficeretur.*

Ῥώμην ἀνάπλους. τὸ μὲν δὴ βασίλειον ξίφος, ὃ ἐπ' Αἰλιανῷ τότε. ὁ δ' ἀνὴρ οὗτος, πάλαι τοῦ Ἀπολλωνίου ἦρα, ξυνεζευγώς ποτε αὐτῷ κατ' Αἴγυπτον. καὶ φανερὸν μὲν οὐδὲν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Δομετιανὸν ἐλεγεν. οὐ γὰρ ἐξῆν ἐχώρει ἡ ἀρχή. τί γὰρ δοκοῦντα τῷ βασιλεῖ ἀπηχθημένος, πῶς μὲν ἂν πρὸς αὐτὸν ἐπήνεσε; πῶς δ' ἂν ὡς ὑπατικὸν ἑαυτῷ προσήσατο; τέχναι μὲν ὁπόσαι εἰσὶν, ἀφανῶς ἀμύνουσαι, πάσαις ὑπὲρ αὐτοῦ ἐχρῆτο. ὅς γε καὶ χρόνον* πρὶν ἥκειν, δι- κ. ἐπ. ἐβάλλετο· ὦ βασιλεῦ, ἔφη, κουφολόγον μὲν σοφισταὶ χρῆμα, καὶ ἀλαζὼν ἡ τέχνη· καὶ ἐπεὶ μηδὲν χρηστὸν ἔστιν ὑπολαύουσι, θανάτου γλίχονται· καὶ οὐ προσμένουσιν αὐτὸ τὸ αὐτόματον, ἀλλ' ἐπισπῶνται τὸν θάνατον, σκαλεύοντες ξίφη ἔχοντας. ταῦθ' ἡδομαι καὶ Νέρωνα συνιδών, μὴ ἀποκτείναι αὐτόν. ἐπεὶ γὰρ θανατῶντα ἠθέλησε, οὐ κατ' ξυνωμοσίαν ἐπαύσατο θάνατον, ἀλλὰ καθ' ὑπεροψίαν τοῦ κτεῖναι. καὶ μὴν καὶ Μισώνιον τὸν Τυρρηνὸν, πολλὰ τῇ ἀρχῇ συνδιαφθείροντα, τῇ νήσῳ ξυνέφερεν, ἣ ὄνομα* Τύαρα. καὶ οὕτω τῶν σοφιστῶν τούτων ἥδιον Ἕλληνες, ὡς τότ' μὲν, κατ' ξυνοισίαν αὐτοῦ, ἐσαθροῖν πάντας νυνὶ δέ, κατ' ἰσοτιμίαν τοῦ κρίνοντος. καὶ γὰρ τῇ νήσῳ ἀνύδρῳ οὔσῃ πρόσφορον, ὕδατα Μουσωνίου κρουνὸν ἐκφύσαντος, ὃν ἅδουσιν Ἕλληνες ὅσα Ἑλικῶνι περὶ τοῦ ἵππου. κ. μὲν ἐπαχθῶς, ἔστι δημοσίων ἀστ. κ. Τύαρα, Νάρτ.

Apollonium ſtatim cùm in vrbem venit, in iudicium ductum fuiſſe. Tum quid ſecretò Ælianus ei dixerit. CAP. IX.

Τούτοις μὲν οὖν διῆγε ὁ Αἰλιανὸς τὸν βασιλέα, πρὶν ἥκειν Ἀπολλώνιον. ἀφικομένῳ δ', ὡς σοφώτερον ἤπτετο. κελεύει μὲν δὴ ξυλληφθέντα αὐτὸν, ἀναχθῆναι. λοιδορουμένῳ δ' αὐτῷ τῷ κατηγόρῳ ἀδικίαν ξυνθέντος, ὡς φήσει, καὶ ἱκανῷ πρὸς τέχνῃ, ὁ μὲν Αἰλιανὸς, τῷ βασιλείῳ, ἔφη, δικαστηρίῳ σαυτὸν παράσχου, καὶ τὰ τούτου φύλαττε. ὁ δ' Ἀπολλώνιος, εἰ μὲν δὴ, ἔφη, ἐγὼ, πῶς κελεύομαι; εἰ δὲ κελεύομαι, πῶς δὴ εἰμί; εἰ μὴ ἄρα δὴ συκοφαντεῖν ἰσχυρὸν ὅπως εἶ φασιν, ὡς μηδὲ τῷ δοκοῦντι ἡττᾶσθαι αὐτό. βούλομαι δὴ κατηγόρου λέγειν πρᾶγμα δεύτερον, σμικρῶν αὖ ὁ Αἰλιανὸς, ἐμοὶ, εἶπεν, ἄφες. τὸν καιρὸν γὰρ τῆς δίκης. ἔλεγχον γὰρ ποιήσομαι τοῦ τοῦ σοφιστοῦ γνώμης ἰδίᾳ, καὶ σὺ καὶ ὑμῖν. κἂν μὲν ὁμολογῇ ἀδικεῖν, ξυντεμοῦνται σὺν τῷ δικαστηρίῳ λόγοι, καὶ οὐ πάνυ εἰρωνικῶς. εἰ δὲ ἀντιλέγοι, δικάσει ὁ βασιλεύς. ἐρρήθησαν οὖν ἐς τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾧ τὰ μεγάλα καὶ ἐλέγχεται, καὶ σιωπᾶτε, χωρεῖτε, ἔφη, ἐνθένδε, καὶ μηδεὶς ἐπακροάσθω. δοκεῖ γὰρ τῷ βασιλεῖ τάδε. ὡς δὲ ἐχώρουν αὐτοὶ, ἐγὼ, ἔφη, ὦ Ἀπολλώνιε, μειράκιον ἔτι κἀγὼ τοῦ χρόνου, οἷς ὁ πατὴρ τοῦ βασιλέως ἐπ' Αἴγυπτον ἦλθε, τοῖς μὲν θεοῖς θύσων, χρησόμενος δ' ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ σοι. καὶ χιλίαρχον μὲν ὁ βασιλεὺς ἤγεν, ἤδη τῶν πολεμικῶν

HÆC itaque regi ante aduentum Apollonij narrauit Ælianus. Cùm autē deueniſſet, *ad prudentiora aggreſſus eſt.* Iuſſit enim comprehenſum hominem ad ſe duci. Cúmque illū accuſator grauiter calumniaretur, eúmque incantatorem, ac malis artibus imbutum affereret, Iudicio, inquit Ælianus, regio teipſum ac *res iſtius* ſeruato. Apollonius autem, Si ego, inquit, incantator ſum, quomodo ad iudicium veni? ſin autem veni ad iudicium, quomodo incantator ſum? niſi calumniatores tantas vires habere dixeris, vt ab incantatoribus etiam vinci non poſſint. Cùm ad hæc inſolentiùs aliquid dicere accuſator pararet, cōpeſcens ipſum Ælianus, Mihi, inquit, concede, quod ante iudicium tempus datur. Ego enim ſophiſtæ mentem ſeorſum tentabo. Quòd ſi iniuſtè quippiam feciſſe confitebitur, auferentur orationes forenſes, & tu iudiciariæ cauſæ victor abibis: ſin ille ſuæ defenſionis cauſa obiectis criminib. contradicet, tunc regis de illo iudicium erit. Poſt hæc in ſecretiorem quendam locum ſecedens Ælianus, vbi de cauſis grauioribus iudicia exercebantur. Diſcedite omnes, inquit, nemóq. interſit: ſic enim regi viſum eſt. Poſtea verò quàm ambo relicti ſunt, Ego, inquit, Apolloni, admodum adhuc adoleſcens eram, quando imperatoris pater in Ægyptum venit Diis ſacrificaturus, recúmque de ſuis maximis rebus conſulturus: & tunc tribuni militum dignitate apud regē fungebar, erámque iam tum rei bellicæ

peritus: tu verò me tanta familiari- A
tate complexus es, vt dum rex ciui-
tatibus iura diceret, tu mihi seor-
sum, & quisnam essem, & quo vo-
carer nomine, & quo patre natus
essem, referres: quin etiam hunc ip-
sum, quem nunc gero magistratum,
mihi prædixisti, qui multis quidem
esse maximus, summúmque huma-
norum bonorum esse videatur: ego
autem maximam molestiam & præ-
cipuum infortunium esse iudico. B
Sum enim difficilis tyrannidis cu-
stos, attamè si eam fefellerim, Deos
timeo, quòd beneuolentia tibi sim
affectus, iam ostendi; nam quòd
amare te nunquam destiti, ex quo
primùm, vt dixi, te cognoui, nec
vnquam desinam, quoad eius tem-
poris meminero, nunc dicere non
attinet: sed cùm te his criminibus,
quæ falsò tibi accusator obiicit, li-
berare cupiam, propterea tecum se-
cretò colloqui instituì, vt auderes C
meis omnibus rebus fidenter vti;
præscire etiam qualis in te esset re-
gis animus. Quid enim de te iudi-
caturus sit, nescio. Est autem ita di-
spositus, vt contra te ferre senten-
tiam cupiat: vereatur autem, ne fal-
sis de causis id feciisse videatur. Et
primò quòd homines consulares à
se alienandi causa fueris crimina-
tus. Vult enim quæ facienda mini-
mè sunt, ea secundum iustitiæ nu-
meros feciisse videri. Neque verò o-
portet beneuolentiam & animi mei
affectum erga te manifestum fieri. D
Si enim remissius aliquid me senti-
re de te suspicaretur, vter nostrum
citius esset periturus, nescio. Ad hæc
Apollonius, Quoniam apertè, in-
quit, inter nos loqui possumus, &
quæcunque habes in animo protuli-
sti, mihi quoque itidem facere iu-
stum arbitror. Communicasti nam-
que mecum de rebus tuis, perinde

εἰδότα. σὺ δ' ὅτῳ τί μοι ἐπιτηδείως
εἶχες, ὡς χρηματίζοντος τοῦ βασιλέως
τοῖς πόλεσιν, ἀπολαβών με ἰδίᾳ, πο-
δαπός τε εἴην λέγειν, καὶ ὅ, τί μοι τὸ
ὄνομα, καὶ ὡς ἔχω τοῦ παιδός. τοιαῦτα
λέγεις δέ μοι καὶ τὴν ἀρχὴν ταύ-
την, ἣ τοῖς πολλοῖς μεγίστη δοκεῖ,
καὶ μείζων, ἢ πάντα ὁμοῦ τὰ ἀν-
θρώπων· ἐμοὶ δὲ ὄχλος, καὶ κακο-
δαιμονία φαίνεται. τυραννίδος γὰρ
φύλαξ χαλεπῆς εἰμι. κἂν μὲν σφή-
λω αὐτήν, δέδοικα τὰ σὰ τοὺς θεῶν.
σοὶ δ' ὅπως εὔνους εἰμί, δεδήλωκα·
ὁ γὰρ εἰπὼν ἀφ' ὧν εἴρηκά που τὸ μηδ'
ἂν παύσασθαί σε ἀγαπῶν, ἐξ' ὃν ἢ
τὸ σὸν εἶδον μεμνῆσθαι. τὰ δὲ ἰδίᾳ ἐδε-
λῆσαι ἐρέσθαι σὲ ὑπὲρ ὧν ὁ κατήγο-
ρος ξυνέθηκε σόφισμα οὐ φαῦλον,
ὑπὲρ ξυνουσίας ἐμοί τε πρὸς σὲ γέ-
γονεν, ὅπως θαρροίης μοὶ τὰ ἐπ' ἐ-
μοὶ ὄντα, προγνοίης δὲ τὰ ὑπὲ τῷ
βασιλεῖ. ὅπερ μοὶ ὑπέφηνας ὑπὲ σοί,
οὐκ οἶδα. δίκαιον δέ, ὥσπερ ἃ κατ-
ηγορήσαμεν μὲν ὑπεύθυνοι, αἰ-
σχυνόμενοι δὲ τὰ μὴ ἐπ' ἀληθέσι, καὶ
προφάσιν ἀπωλείας ὑπάτων ἀν-
δρῶν ποιεῖταί σε. βούλεσθαι μὲν γὰρ ἃ
μὴ δεῖν προφάσθαι, αὐτὰ καταῤῥυθ-
μίζων ἐς τὸν τοῦ δικαίου δόξαν. δεῖ
δὴ καὶ μοὶ πλάσματος, καὶ ὁρμῆς ὑπὲ
σέ. εἰ γὰρ ὑπόψεταί με ὡς ἀνιστάμενον, ἴσθι
οἷ' ὁπότερος ἡμῶν ἀπολεῖται θᾶττον.
πρὸς ταῦτα ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπεὶ ὑ-
γιῶς, ἔφη, διαλεξόμεθα, καὶ ὁπόσα καρ-
δία ἔχεις σύ τε εἰρηκας, ἐμοί τε εἰπεῖν
δίκαιον. φιλοσοφεῖς τε ὑπὲρ τῶν
σεαυτοῦ πραγμάτων, ὡς καὶ σοφόδρα

σφόδρα μοι ξυνδιατείναντες, καὶ νὴ Δία οὕτω φιλανθρώπως πρὸς ἡμᾶς ἔχῃς, ὡς ξυγκινδυνεύειν ἡγεῖσθαί μοι, λέξω τὸν ἐμαυτῆς νοῦν. ἐμοὶ γὰρ ἀποδράναι μὲν ὑμῶν εἰς πολλὰ μέρη τῆς γῆς, ἃ μὴ ὑμεῖς ἀκροᾶται, καὶ ἄνδρας τε ἀφικέσθαι σοφοὺς, καὶ σοφωτέρους, ἢ ἐγὼ θεοὺς τε θεραπεύειν ὀρθῷ λόγῳ βαδίσαντας ἐς ἔθη ἀνθρώπων θεοφιλέστερον, ἢ σὺ ταῦτα. παρ' οἷς οὔτε σύνδειξις, οὔτε γραφὴ οὐδεμία. δι' αὐτὸ γὰρ τὸ μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι, δικαστηρίων οὐ δέονται. δείσας δ' προδόσου λαβεῖν αἰτίαν, ἢ φύγω μὲν αὐτὸς τὴν ἀπολογίαν, ἀπολωλεκὼς δὲ δι' ἐμοῦ κινδυνεύοντες, ἥκω ἀπολογησόμενος. ὑπὲρ ὧν ἀπολογεῖσθαί με δεῖ, φράζε.

A atque ij, qui diutissimè versati mecũ sunt: & per Iouem ita amicè eras erga me dispositus, vt etiam pericula simul subire videam te paratũ: propterea ego quoque mentem meam, consiliúmq. omne tibi adaperiam. Mihi quidem à vobis fugere in diuersas terrarum partes licuit, quarũ nec nomina quidem audita vobis sunt, veniséque ad viros sapientes, & me ipso sapientiores, qui recta ratione deos colunt, eósq. ob id ipsum propitios magis habẽt, quàm ij, qui B istis in locis versantur: apud eos autẽ nulla est delatio, nulla accusatio, & cùm iniuriam aliis non inferant, nec ab aliis iniuriã patiantur, nullis omnino iudiciis indigent. Veritus autẽ ne proditor esse viderer, si excusatione à me neglecta perdãtur ij, qui propter me in iudiciũ sunt adducti, huc accessi excusationem in iudicio facturus. De quibus autem excusationẽ fieri oporteat, audire ex te cupio.

Quibus accusatus criminibus Apollonius fuerit: tum quid euenerit Aristidi ob inuidiam pulso ab Vrbe. CAP. X.

Αἱ μὲν ἰδέαι τῆς γραφῆς, ποικίλαι τε, ἔφη, καὶ πλείους· καὶ γὰρ τὴν ἐσθῆτα διαβάλλουσι, καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν, καὶ ὃ ἔστιν ὑφ' ὧν προσκωμῳδεῖσθαί σε· καὶ ὃ σὺ ἐφέσου ποτὲ ὑπὲρ λοιμοῦ χρῆσαι. διαλέχθαι δὲ καὶ τοῦ βασιλέως, τὰ μὲν ἀφανῶς, τὰ δὲ σαφάνδην. τὰ δ' ὡς θεὸν ἀκούσαντα. τὸ δὲ ἐμοὶ μὲν ἀπιθανώτατον, γιγνώσκω γὰρ ὅτι μηδὲ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ἀνέχῃ, τῷ δὲ βασιλεῖ πιθανώτατον, διαβάλλεται φασὶν ἐς ἀγρὸν βαδίσαντά σε σὺν Νέρβᾳ, τεμεῖν αὐτῷ παῖδα Ἀρκάδα,

TVNC Ælianus, Accusationis, inquit, capita multa sunt, atq; diuersa. Nam & vestiẽdi formã, & alios viuẽdi mores calumniãtur, quærẽtes quidnã sit, cur tanta veneratione dignũ te iudices. obiiciunt etiam illud quòd Ephesi de peste responsum dedisti: multa quoq; aduersus regem, D tum secreto, tum palã, quædam etiã, tanquam à Deo accepta dissertuisse te criminãtur. Aliud præterea obiiciunt crimen, quod mihi quidem omnium maximè est incredibile, qui sciam ne in sacris quidem, vt effundatur victimarum sanguis te sustinere: regi autem vehementer credibile est. Dicunt enim te cum Nerua simul in agrum exeuntem mactatum Arcadem puerum in frusta concidisse,

atq; in regis pernicié ſacrificaſſe, atque hoc ſacrificio Neruá ad opinionem regni extuliſſe, eáq. noctu à vobis fuiſſe perpetrata, deſinente iam menſe. Hoc autem crimine, quoniã maximum eſt, aliud nullum maiore defenſione indigere cenſemus: nam quòd nouo vtaris habitu, & quòd prænoſcendi ſcientiam habeas, & reliqua tibi obiecta crimina omnia huc tendunt, & illa quidem, atque omnem, quæ ad hæc ſequitur, iuſtitiam condonari tibi dicunt, *& ad ſacrificandum fiduciam concedi*. Opus eſt igitur ad hæc confutãda crimina excuſationem parare. *Sit igitur eiuſmodi ſermo, quod regem non deſpicias.* Ad hæc Apollonius, Primũ, inquit, quòd ſuperbus non ſim, argumentum eſt, quia excuſationem facturus adueni. Quòd ſi audaciam aliquam actiones meæ prætendere videntur, quaſi ſupra tyrannides extollere me voluerim, idipſum ex hoc diluitur, qui me tibi ſubieci, cùm ſis vir bonus, & amator mei. Nam inimico prauũ videri nihil habet moleſtiæ: inimici namque oderunt non ob ea quæ ceteri palàm accuſant, ſed ob ea, in quibus priuatim ſe læſos arbitrantur. ab amico autem accuſari tanquam prauum, multò moleſtius eſt, quàm omnia quæ ab inimico accidere poſſunt: neque enim fieri poteſt, quin ipſis odioſus ſit, propterea quòd prauus eſſe iudicetur. Viſus eſt Æliano rectè dicere Apollonius, cúmq. bono animo eſſe iubẽs, hanc de ipſo cepit opinionẽ, vt nullo modo terrefieri vir ille poſſet, etiam ſi Gorgonis caput contra eum eleuaretur. Conuocans igitur viros ad hoc negocium præparatos, Iubeo, inquit, hunc vinctum in carcere detineri, quoad rex adueniſſe illum certior fiat, atque ex eo audiat quæcunque mihi ab eodem dicta ſunt: & hæc dicens valde ſe iratum aduerſus ipſum oſtendebat.

A ἀνομμύω γε ἀπὶ τ βασιλέα, κ ἐπᾶραι αὐτὸν τοῖς ἱεροῖς τούτοις. πεπρᾶχθαι ὃ ταῦτα νύκτωρ, φθίνοντος ἤδη τ μηνός. τοῦτο δὴ κατηγόρημα, ἐπειδὴ πολλῷ μεῖζον, μηδὲν ἕτερόν τι ἔχειν ἐνόμιζεν. ὁ γὰρ λαμβανόμενος τ ἁμαρτίας, κ τ ἀδικίας, κ τ ἄλλων ἀγνώσκειν, ἐς τοῦτο δή που ξυντείνει. κ ταῦτά γε κ τὴν ὑπερηφανίαν τὴν ἐς αὐτὰ δοκοῦσά σοι φησὶ, καὶ τὸ ἐς τὴν θυσίαν θάρσος. χρὴ οὖν παρεσκευάσθαι τὴν ὑπὲρ τούτων ἀπολογίαν. ἔστω δέ σοι ὁ λόγος, μὴ *ὑπεροπτικὸν τ βασιλέως. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, τὸ μὴ ὑπερορᾶν, ἔστω τεκμήριόν σοι τὸ ὑπὲρ ἀπολογίας ἀφῖχθαί με. εἰ γὰρ μὴ θρασέως οὕτω τἀμὰ εἶχεν, ὡς ὑπὲρ τυραννίδας αἴρεσθαι, ἀλλά σοί γε ὑπέρογκον ἐμαυτὸν, τοιῷδε ὄντι, κ ἀγαπῶντί με. τὸ μὲν γὰρ ἐχθρῷ πονηρὸν δόξαι, δεινὸν οὔπω. οἱ γὰρ ἐχθροὶ μισοῦσιν, οὐκ ἀφ' ὧν δημοσίᾳ διαβέβληται, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἰδίᾳ πεπόνθασιν. τὸ δ' ὑπὸ φίλου ἀδικεῖσθαι αἰτίαν, ὡς κακὸς φαίνοιτο, βαρύτερον τοῦτο, ἢ τὰ ἐχθρῶν ὁμοῦ πάντα. οὐ γὰρ ἂν διαφύγοι τὸ μὴ οὐ κἀκείνοις, δι' ἃ κακὸς ἰῶ, ἀπηχθῆσθαι. ἐδόκει τῷ Αἰλιανῷ δὲ λέγειν. κ θρασυκαρδιούμενος αὐτῷ θαρρεῖν, ἐαυτὸν ἐλάβετο, ὡς μὴ ἂν ἐκπλαγείη τις κ ἀνδρὸς, μήτι γε Γοργείᾳ κεφαλῇ ἐπ' αὐτὸν αἴροιτο. καλέσας οὖν τοὺς παρεσκευασμένους τὰ τοιαῦτα, κελεύω, ἔφη, ξυνέχειν τοῦτον, ἕως ἂν ὁ βασιλεὺς ἥκοντά τ αὐτὸν μάθῃ, κ λέγοντα ὁπόσα εἴρηκε. κ ἐῴκει τοῖς μάλα ὠργισμένοις.

B

C

D

ἀπελθὼν ὁ ἐς τὰ βασίλεια, τὰ θερα-
πήκοντα τῇ ἀρχῇ ἐθεράπευε. ἐνταῦ-
θα ὁ Δάμις ὑπομνήσας δύο ἔργου ὁ-
μοίου τε, καὶ ἀνομοίου, τοῦ ἐπ' Αριστεί-
δου ποτὲ Αθηναίοις. ὀρφάνῳ μὲν γὰρ
τῷ Αριστείδου ἐλαυνόντων, ἐπ' ἀρετῇ
ἔξω τοῦ τείχους ἤδη ὄντι, προσελθόν-
τα τῶν ἀγροίκων τινὰ δεῖσθαι αὐτοῦ
γράφειν τι ἀυτῷ ἐπ' Αριστείδου ὀρφα-
νόν· ἐκεῖνος μὲν, οὔτε τὸν ἄνδρα εἰ-
δὼς, οὔτ' αὐτὸ τὸ γράφειν, ἀλλὰ μό-
νον τὸν ὑπὲρ δικαίου φθόνον. χαλίαρ-
χος ὁ τῶν σοφόδρα γιγνωσκόντων τὸν
Απολλώνιον, προσιὼν αὐτὸς, ἤρετο
κατ' οὖς εἰπεῖν ὑπὲρ ὅτου κινδυνεύοι τοῦ
δε, καὶ εἰδέναι φήσαντος, ἀλλ' ἐγὼ, ἔ-
φη, οἶδα. τὸ γὰρ προσκωμῳδεῖσθαί σε ὑπὸ
ἀνθρώπων, διαβέβληκεν, ὡς ἴσον ἀ-
ξιούμενον τοῖς θεοῖς. καὶ τίς, εἶπεν, ὁ
προσκωμῳδήσας ἐμέ; ἐγὼ, ἔφη, σὺ Ε-
φέσῳ, παῖς ἔτι ὤν, ὁπότε ἡμᾶς ἰάσω
τοῦ λοιμοῦ. καλῶς ποιῶν, εἶπεν, αὐ-
τός γε σὺ, καὶ ἡ σωθεῖσα Εφεσος πό-
λις. διὰ ταῦτ' οὖν, ἔφη, ἀπολογίαν
ὑπὲρ σοῦ παρεσκεύακα, ἣ σε ἀπαλ-
λάξει τῆς αἰτίας. ἴσμεν γὰρ ἔξω τεί-
χους· κἂν ἐγὼ μὲν ἀποκόψω σου τὸν αὐ-
χένα τῷ ξίφει, καὶ μέσῳ τὸ ξίφος, θεῖόν
τε ἀνάγκη νομίζεσθαί σε, καὶ ὡς ἐπ'
ἀληθέσι κεῖνεσθαι. τοσῷδε δὲ μὲν δὴ
ἀγροικότερος ἦν τοῦ τὸν Αριστείδην
ἐλαύνοντος. ἔλεγε δὲ ταῦτα μειρα-
κύλλιος ὤν, καὶ ξυμπαίζων. ὅσῳ καὶ ἀκμαιό-
τερος, διελέγετο πρὸς τὸν Δάμιν
ὑπὲρ τῆς Δέλτα, περὶ ἣν φασι τὸν
Νεῖλον σχίζεσθαι.

A Deinde in regiam veniens Ælianus, quæ sui erant officij, ministrabat. Hoc loco Damis casum quendam contigisse memorat, partim similem, partim dissimilem illi, qui Athenis Aristidi quandoque contigit. Cùm enim ob virtutem vrbe pulsus esset Aristides, & abiens, muros iam esset egressus, rusticus quidam illi occurrens, petiit, vt aliquam sententiam sibi scriberet, qua aduersus Aristidem vteretur: cùm ipse neque hominem nouisset, nec accusationem omnino vllam, sed solùm inuidia tangeretur, quòd valde iustum esse illum audierat. Quod autem Apollonio contigit, hoc fuit: tribunus qui Apollonium optimè cognoscebat, cùm nominatim ipsum salutasset, cuius rei causa in hoc discrimen adductus esset, interrogauit: nescire autem se respondente Apollonio, At ego, inquit, ille optimè scio: accusaris enim quia ab hominibus tanquam Deus venerari expetis. Et quis, inquit, Apollonium tantopere vnquam veneratus est? Ego ipse, inquit tribunus, cùm adhuc puer essem Ephesi, quando nos à peste liberasti. Rectè, inquit Apollonius, & tu fecisti, & Ephesi ciuitas tanto malo liberata. Idcirco, inquit ille, defensionem pro te paraui, quæ te iudicio liberabit. Nam si huc extra muros eamus, ego ceruicem ense amputabo, & ensem dimittam, & tu vir diuinus putaberis, & pro veris criminibus in iudicium vocatus, & in hoc multo rusticior fuit is, quàm qui Aristidem expellere volebat. Hæc autem ridens, & Apollonium deludens dicebat. Ille verò non audiēti similis, cum Damide loquebatur de insula, quam Delta appellant, vbi Nilus bifariam scinditur.

Apollonium iussu Æliani in carcerem ductum: hinc de Helena in Ægypto, & reticulo à Leucothea donato Vlyssi: déque diuite quodam, qui erat in carcere.

CAP. II.

POST hæc Ælianus liberiorem carcerem incolendi facultatē Apollonio ad se vocato præstitit, quoad ocium esset regi illū audiendi. Statuerat enim rex secretò prius aliqua cum eo loqui. Discedens igitur de prætorio Apollonius, & in carcerem vadens, Disputemus, inquit, ô Damis, cum his hominibus, qui nobiscū hîc inclusi sunt. Quid enim aliud agere possumus, donec tyrānus quæ petiit mecum loquatur? Garrulos, inquit Damis, & loquaces nos existimabūt, si eos à defensionis suæ meditatione dimoueamus. Absurdū præterea videtur inter viros mœstos deambulare. Imò verò, inquit Apollonius, hi maximè colloquentibus, & consolatoribus indigent, si Homeri carminū meministi, qui dicit Helenā Ægyptia medicamenta in cratere miscuisse, vt animæ dolores dilueret. Quod ego nihil aliud significare puto, quàm Helenam cùm sermones Ægyptios didicisset, eos mœstis hominib. narrare solitam esse, eósq. in cratere ponere, id est, sermones pariter & vinū pro leuanda ægritudine solitā adhibere. Verisimile hoc est, inquit Damis. Siquidem ipsa in Ægyptum veniens Proteo locuta est, vel sicut Homero placet, cum Thonis filia Polydamne versata est: nunc autē in aliud tempus hi sermones differātur. Opus est enim mihi aliquid te prius interrogare. Scio, inquit Apollonius, quid me sis interrogaturus: scire enim cupis quid cum Æliano locutus fuerim, & quæ ab illo rursus audierim, & vtrum crudelis erga nos, an mitis visus sit. Hæc sūt quæ audire cupis: deinde omnia vt sese habuerint, enarrauit.

ΕΠΕΙ ὁ καλέσας αὐτὸν ὁ Αἰλιανὸς, ἐκέλευσε τὸ ἐλεύθερον οἰκεῖν δεσμωτήριον, ἐς ὃ αὖ γλύπται σχολὴ, ἔφη, τῷ βασιλεῖ· ξυσκευάζ γάρ σοι ἰδίᾳ τι φράσον βούλεται. ἀπῆλθε μὲν δὴ δικαστήριον· ὡς δὲ ἐσῆλθεν ἐς τὸ δεσμωτήριον, διαλεγώμεθα, ἔφη, Δάμι, τοῖς συνοῦσι. πῶς δ' ἂν ἄλλο τι πράττοι τις τὸν χρόνον τοῦτον, ὃν διαλέξεταί μοι ὁ τύραννος, ὑπὲρ ὧν δεῖται; ἀδολέσχας, εἶπεν, ἡγήσονται ἡμᾶς, εἰ σκηπτόμεθα αὐτοῦ, ὧν ἀπολογήσονται. καὶ ἄλλως, ἄτοπον περιπατεῖν ἐς ἀνθρώπους ἀθύμως ἔχοντας. καὶ μὲν τούτοις μάλιστα δεῖ, ἔφη, τὰ διαλεξομένους τε, καὶ διαπτύσοντας. εἰ γὰρ σὺ θυμηθείης τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη, σὺ οἷς Ὅμηρος μὲν τὴν Ἑλένην φησὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου φάρμακα οἰνοχοεῖν ἐς τὸν κρατῆρα, ὡς τὰ ἄχη τῆς ψυχῆς ἀποβρέχοιτο. δοκῶ μοι τὴν Ἑλένην λόγοις Αἰγυπτίοις σύμαθοῦσαν, ἐπᾴδειν τοῖς ἀθύμοις σὺν τῷ κρατῆρι, ἰωμένην αὐτοῦ λόγῳ τε δυνάμει, καὶ οἴνῳ. εἰκὸς μὲν, εἶπεν, εἴπερ ἐς Αἴγυπτόν τε ἦλθε, καὶ ὡμίλησε τῇ Πρωτεῖ, ἢ ὡς Ὁμήρῳ δοκεῖ, Πολυδάμνῃ ξυνεγένετο τῇ τοῦ Θωνος. νυνὶ δὲ διαβεβλήσθων οὗτοι. δέομαι γὰρ ἔρεσθαί σε. οἶδα, ἔφη, ὃ με ἐρήσῃ. σὺ γὰρ τοι λόγοις, οἳ γεγόνασί μοι πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ ἄπια, εἶπε, καὶ εἰ φοβερὸς ἰοῖ, ἢ πρᾷος, βούλῃ ἀκοῦσαί μου; καὶ διῆλθε πάντας.

προσκωπάσας οὖν ὁ Δάμις, καὶ ἀπιστῶ, ἔφη, καὶ πάλαι Λευκοθέαν ποτὲ κρήδεμνον Ὀδυσσεῖ δοῦναι μέν πάλαι ναυῒ οἷς σκέπεσθαι, ἀναμέτρει ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ τὰ πελάγη. καὶ γὰρ ἡμῖν ἐς ἀμηχανίαν τοιάδε φοβερὰ ἐμβεβηκόσιν, θεῶν τις ὑπέσχε οἵμαι χεῖρα, ὡς μὴ σκεπεσοίμεθα σωτηρίας πάσης. ἐκπλήττων δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τῷ λόγῳ, ποῖ παραπνεῖς, ἔφη, δεδιὼς ταῦτα, καὶ μή πω γιγνώσκων, ὅτι σοφία μὲν, τὰ ξυνόντα ἑαυτῆς σκληττόμενα πάντα, αὐτὴ δὲ ὑπ' οὐδενὸς σκληττομένη. ἀλλ' ἡμεῖς, εἶπε, παρὰ ἀξιόνεμον ἥκομεν. καὶ οὐ μόνον καὶ σκληττόμενον ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ ἀξιοῦντα εἰ μὴ ὁ ἐκπλήττει αὐτόν. ξυνίης οὖν, ἔφη, ὦ Δάμι, ὅτι τετύφωται, καὶ ἀνοήτως ἔχει; ξυνίημι. τί δ' οὐ μέλλω, εἶπε; καὶ σοὶ δή, ἔφη, καταφρονητέα ὑπὸ τυράννου τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ γιγνώσκεις αὐτόν. διαλεγομένοις δὲ αὐτοῖς ταῦτα, προσελθὼν ὡς οἵμαι Κίλιξ, ἐγὼ, ἔφη, ἄνδρες, ὑπὲρ πλούτου κινδυνεύω. καὶ ὁ Ἀπολλώνιος, εἰ μὲν ἀφ' ὧν οὐ δεῖ, ἔφη, πλουτῶ, ἢ λῃστείας, ἢ φαρμάκων, ἃ δὴ ἀνδροφόνα, ἢ τάφους ἐκίνησας, ὅσοι τῶν πάλαι βασιλέων εἰσὶν, οἱ πολύχρυσοί τε, καὶ θησαυροφόλακες οὐ κενεοὶ σφίσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπολωλέναι. ταῦτα γὰρ, πλοῦτος μὲν, ἀλλ' ἐπίρρητός τε καὶ ὠμός. εἰ δὲ κληρονομήσας, ἢ δόσεως ἐμπορίας ἐλευθερίου τε, καὶ μὴ καπήλου, τίς οὕτω βαρὺς, ὡς ἀφελέσθαι σε νόμου χήματι τὰ

ἐκπλήττει αὐτόν

ἐπίρρητος τε

ὕπως ὦ

A Gauisus, inquit Damis, non incredibile mihi nunc videtur inquit, Leucotheam quandoque vittam Vlyssi dedisse post nauim alligatam, ex qua dependens propriis manibus mare metiebatur. Nobis enim terribilibus quibusdam & horrendis difficultatibus implicitis, Deorum aliquis manum porrexit, ne penitus omnium salute destitueremur. Hæc eius dicta increpans Apollonius,
B Quorsum, inquit, hæc tua verba tendunt? aut quid talia metuis? neque adhuc agnoscis quòd sapientia cuncta stupefacit, quæ ipsam intelligunt: ipsa verò à nullo stupefit? Verumenimuerò, inquit Damis, nos ad hominem venimus omni prudentia vacuum, & qui non solùm propter nos non obstupescat, sed nihil esse putet omnino quod stupefacere ipsum possit. Agnoscis igitur, inquit Apollonius, ô Damis, illum superbia
C furere, dementémq. esse? Intelligo, inquit ille, quid enim prohibet? Tibi igitur Apollonius omnia tyranni dicta, factaq. cõtemnenda sunt; atque eò magis, quò melius ipsũ agnoscis. Dum talia secum loquerentur, quidã Cilix, vt ex habitu apparebat, ad eos veniẽs, Ego, inquit, ô viri, propter diuitias in vitę discrimẽ adductus sum: & iure forsitan, inquit Apollonius. Si enim ex nefariis operib. diuitias cõparasti, velut latrociniis, aut veneficiis homines interficiendo, aut effodiendo regum sepulchra, vbi magni
D thesauri plerunque conduntur, consentaneum est, te non solùm in iudiciũ vocari, sed maximis affectũ suppliciis interfici. His enim modis diuitiæ quidẽ parantur, sed nefandæ, sceleſtæque putari debent. Sin verò ex hereditatibus, aut liberali mercatura, & non fœneratura ditatus es, quis est adeò peruersus, vt sub legum prætextu conetur ea tibi auferre,

quæ

quæ ſecundū leges acquiſiſti? Tunc ille, Eorum, inquit, quæ habeo, maxima pars ab agnatis mihi relicta, in vnam domum meam peruenit. Vtor autem diuitiis non tanquā alienis cùm meæ ſint: nec rurſus, vt omnino meis; nam bonis viris libenter eas communico. Accuſant autem me calumniatores, quòd non tyrannidis bono diuitias poſſideam, cùm mihi ſint adiumento res nouas aduerſus tyrannum moliendi, addúntque non mihi ſolùm, verùm etiam aliis, quos huius facinoris ſocios adſciuerim, opes meas facultatem ſuppeditare. Comparatæ autem iam quædam aduerſus nos accuſationes; & primò quidem quòd omnes diuitiæ, ſi mediocritatem excedant, contumeliam pariunt, & ceruicem ſupra multos eleuare faciunt, & animos erigunt, nec obtemperare legib. patiuntur, & magiſtratus qui ad gubernandas prouincias accedunt, in caput diuitum prouocant; cùm pecuniis maximè inſeruiant: & ſe ab eiuſmodi diuitibus propter diuitiarum magnitudinem contemni arbitrantur. Ego enim cùm adhuc eſſem adoleſcens antequam talentorum centum diuitias poſſiderem, omnia pro ridiculis habebam, parúmque pro iis quæ tunc aderant metuebam. Poſtquam verò talenta quinquaginta vno die ex patrui morte mihi peruenerunt, ita mentem immutaui, quantum equorum domitores illos immutant, ex feris ac rudibus ad manſuetiores mores traducentes. Cúmque diuitiæ quotidie augeſcerent, multáque à terra, maríque mihi afferrentur, propter timorem factus ſum diuitiarum ſeruus, vt magnas pecunias pro cuſtodiendis diuitiis erogarem, partim calumniatoribus tribuendo, quos talibus officiis lenire opus erat:

A κτηθέντα ϛοι κ᾽ νόμοις; τὰ μὲν ὄντα μοι, ϖρὸ πλεόνων, ἔφη, ξυγϛενῶν ὄϛιν, ἐς μίαν δ᾽ οἰκίαν τ᾽ ἐμὲν ἥκει. χρῶμαι δ᾽ αὐτοῖς, οὔθ᾽ ὡς ἑτέροις, ἐμὰ γὰρ· οὔθ᾽ ὡς ἐμοῖς, κοινὰ γὰρ ϖοιῶ τοῦ ἀγαθοῖς ὄϛι μοι. διαβάλλουϛι δ᾽ ἡμᾶς ⓐ συκοφάνται, μὴ ἐπ᾽ ἀγαθῷ τ᾽ τυραννίδος κϖῆϑαι τ᾽ πλῆϑος. ἐμοὶ τ᾽ γὰρ νεώτερα πειρωμένου ϖρᾶξαι, ἐφόδιον ἂν γένεϑαι αὐτὸν ἑτέρῳ τε, ὅπῳ ϖροϑυμίαν ροπὴν ἂν οὐ σμικρὸν τάμα εἴη. μεμαντευμέναι δ᾽ ἤδη καθ᾽ ἡμῶν αἰτίαι, ὡς ὕβριν μὲν πικτει πᾶς ὁ ὑπὲρ τὸ μέτριον* πλῆ- *κτᾶται
B ϑος, ὁ δ᾽ ὑπὲρ τοῦ πολλοὺς, τὸν αὐχένα ἴϛησι, κ τὸ φρόνημα ἐγείρει, νόμοις τε οὐκ ἐᾷ πείϑεϑαι, ⓒ τοῦ ἄρχοντας, οἳ ἐς τὰ ἔθνη φοιτῶϛι, μόνον οὐκ ἐπὶ κόρρης παίει δουλευμένους τοῖς χρήμαϛιν, ἢ ὑπερῶντας αὐτῶν
C διὰ τὴν ἰϛμὸν τοῦ πλούτου· ἐγὼ δὲ, μειρακίου μὲν ὢν, πρὶν οὐσίας ἑκατὸν ταλάντων κϖῆϑαι, καταγέλων ἡγούμην πάντα, κ σμικρὰ ὑπὲρ τῶν ὄντων ἐδεδίειν. ἐπεὶ δ᾽ τάλαντά μοι πεντακόσια ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἐγένετο, τελευτήσαντος ἐπ᾽ ἐμοὶ τοῦ ϖατρὸς παιδὸς θείου. τοσοῦτον ἡ γνώμη μετέβαλεν, ὅσον οἱ καταρτύοντες τ᾽ ἵππων,
D κ μεταβάλλοντες ϑ᾽* ἀπαγρίους τε κ ἀκολάϛους ἤθους. ἐπιδιδόντος δέ μοι τοῦ πλούτου, κ τὰ μὲν, κὶ γῆς, τὰ δὲ, ἐκ θαλάττης φέροντος, οὕτω τι ἐδουλώθην ἐκεῖνοις θεοὶ αὐτ᾽ δέους, ὡς ἀπαντλεῖν τῆς οὐσίας· τὸ μὲν, ἐς τοὺς συκοφάντας, οἷς ἔδει μειλίϖεϑαι τῇ ἀπομαγδαλίᾳ ταύτῃ·

τὸ δὲ, ἐς τοὺς ἄρχοντας, ὡς ἰσχὺς τοῖς τοὺς ἐπιβουλεύοντας εἴη μοι· τὸ δὲ, ἐς τοὺς ξυγγενεῖς, ὡς μὴ φθονοῖεν τῷ πλούτῳ. τὸ δὲ, ἐς τοὺς δούλους, ὡς μὴ κακίους γίγνοιντο, ἀμελεῖσθαι φάσκοντες. ἐβασκολεῖτο δέ μοι καὶ ἀγέλη φίλων λαμπρά. προορῶντες γὰρ οὗτοί μοι, τὰ μὲν, αὐτοὶ εἶδον· τὰ δέ μοι προὔλεγον. ἀλλ' ὅμως οὕτω μὲν χαριζόμενος πλοῦτον, οὕτω τ' ἀσφαλῶς περισταμένοις, κινδυνεύομεν περὶ αὐτῷ νῷν. οὔπω δῆλον, οὐδὲ εἰ τὸ σῶμα ἀθῷοι μενοῦμεν.

A partim magistratus gerentibus impertiendo, vt cõtra insidiatores munitus essem: partim agnatis, affinibúsque largiendo, ne mihi diuitias inuiderent. Quinetiam seruis nonnullis donabam, ne deteriores fierent, si negligi se penitus animaduerterent. Pascebam etiam greges amicorum præclaros: qui imminentia pericula præuidentes, partim illis occurrebant, partim mihi prænuntiabant. Attamen cùm hoc modo diuitias circumuallassem, eásque tam tutis mœnibus sepsissem, earum causa in hoc discrimen adductus sum: neque satis adhuc exploratum nobis est, an incolumi corpore simus euasuri.

Oratio consolatoria Apollonij ad eos qui vnà erant in custodia, iussu Domitiani, vt scilicet tolerarent, quoniam Deorum esset inuentum tolerantia, & id genus multa: déque vitiis, quæ natura inerant Domitiano. CAP. XII.

ΚΑΙ ὁ Ἀπολλώνιος, θαῤῥεῖ, ἔφη· τὸ γὰρ πλοῦτον τοῦ σώματος ἐνυπτιοῦ ἔχεις. δέδεσαι μὲν γὰρ δι' αὐτὸν· ἀνίησι δέ σε ἀπολυόμενος οὐ μόνον τοῦ δεσμωτηρίου τοῦδε, ἀλλὰ καὶ τοῦ περιαθύμου τοὺς συκοφάντας τε, καὶ τοὺς δούλους, οἷς δι' αὐτὸν ὑπέκεισο. ἑτέρου δ' αὖ φήσαντος χαρίεν φθέγγεσθαι, ἐπειδὴ θύων ἐν Ταράντῳ, οὗ ἦρχε, μὴ προσέθηκε ταῖς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι Δομετιανὸς Ἀθηνᾶς εἴη παῖς, σὺ μὲν ᾠήθης, ἔφη, μὴ ἂν τὴν Ἀθηνᾶν τεκεῖν, παρθένον οὖσαν καὶ ἀεὶ χρόνον· ἠγνόεις δ' οἶμαι, ὅτι ἡ θεὸς αὕτη Ἀθηναίοις ποτὲ δράκοντα ἔτεκε. καθεῖρκτο δὲ ἐς ὅτι τοιάδε αἰτία. χωρίον ἐν Ἀκαρνανίᾳ περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ἀχελῴου ἔχων, περιέπλει τὰς Ἐχινάδας σὺν

C AD hæc Apollonius, Confide, inquit: nam pro corpore fideiussores habes diuitias: illarum enim causa in carcere detineris: sed non ita multò post dimitteris, non solùm his vinculis solutus, & liber, verùm etiam labore ac solicitudine, quæ te seruos ac calumniatores diuitiarum metu colere cogebat. Cùm vero alius propterea se accusatum quereretur, quod Tarenti, vbi dominabatur, sacrificans publicis precibus non addiderat, Domitianum Palladis fi-
D lium esse. Atenim, inquit, arbitrabaris fortasse Palladem non peperisse, cùm semper habita sit virgo. Ignorabas autem (vt opinor) Deam ipsam draconem quandoque Athenienfibus peperisse. Alius autẽ hac de causa in carcere tenebatur. Habebat enim agellum in Acarnania secus Acheloi fluminis ostia: ipse vero parua scapha nauigãs insulas, quæ Echinades

appellantur, circumuehebatur, & ex iis vnam contemplatus, quæ continenti dudum coniuncta fuerat, arboribus vitibúsque eam conseuit, domúmq. habitationi sufficientem in ea cõstruxit, aquam ex continenti deducens, quæ affatim insulæ sufficeret. Ex hoc itaque accusatus est, quasi non purus à furore esset Acarnan, quódque scelestorum operum sibi conscius, ex alia terra tanquam ab eo polluta secessisset; atque idem faceret, quod olim post interfectam matrem fecisset Alcmæon Amphiarai filius, qui etiam Acheloi ostia sibi delegit habitanda: & quanquam idem scelus non perpetrasset, coniici tamen facile posse, quædam non multùm illi dissimilia ab ea commissa fuisse: ille autem nihil aliud quàm ocij, & quietis cupiditatem huius secessus causam fuisse dicebat: & inuidiam solam esse opinabatur, quæ accusationem contra se instituisset, & tunc in carcere detineret. Cùm plurimi eorum, qui erant in carcere ad Apollonium venientes, calamitates suas deplorarent (erant autem in eo carcere fermè quinquaginta) & eorum aliqui ægrotarent, alij mœrore prosternati iacerent, alij mortem expectare quererentur: quidam paruos filios, aut parentes, aut vxores vlulando deflerent, O Damis, inquit Apollonius, videntur mihi homines isti medicamento indigere, cuius antea meminimus. Siue igitur Ægyptium id sit, siue vbique terrarum nascatur sapientia, ex hortis suis ad id componendũ radices euellentes, tentemus eius saltem particulã his miseris præbere: *ne prius eos consiliũ oppessundet. Cõcedamus, inquit Damis*: maximè namq. videntur indigere. Eis itaq. in vnum cõuocatis, Apollonius, ô viri,

Varus Perga oriundus ſermone eſt honorandus. huic pater fuit Callicles, vir inter potentiſſimos Pergæos; præceptorem habuit Codra- C tionem Conſulem, qui generales controuerſias ex tempore proferebat, & Phauorini more Sophiſtæ munus obibat. Ciconiam multi Varum cognominabant, quia rubram narem habebat, & roſtri inſtar. & quod in hoc non abs re vrbanè iocarentur, ex imaginibus coniicere licet, quæ in Pergæa fano ſunt erectæ. Orationis eius character eiuſmodi eſt: *Ad Helleſpontum profectus, equum petis: ad montem Atho* D *pergens, nauigare vis. vias, mi homo, non tenes? ſed Helleſponto exigua terra ſuper iniecta, hanc tibi manere exiſtimas, montibus non permanentibus?* Porro hæc enunciare clara voce dicebatur, & exercitata. ceterùm domi fato functus eſt, nondum ſenescens, & liberis ſuperſtitib. omne autem poſterum genus celebre ac probatum eſt Pergæ.

HERMOGENES.

Hermogenes, quem Tarsi tulerunt, quindecim annos natus, eò vsque prouectus est claritatis ac celebritatis inter Sophistas, vt etiam Imperatori Marco audiendi desiderium excitauerit. perrexit ergo Marcus ad auscultationem; & eo differente, gaudio affectus est: & ex tempore declamantem admiratus, præclara ipsi munera largitus est. Cùm autem virilem ætatem attigisset, hoc priuatus est habitu, nullo manifesto morbo; vnde iocandi occasionem inuidis exhibuit: etenim dictitabāt sermones omnino, ex Homeri sententia, volucres esse: Hermogenem quippe eos, tanquam alas amisisse. Et Antiochus Sophista aliquando, ipsum cauillando, *Hic*, inquit, *Hermogenes, inter pueros quidem senex; inter senes vero puer.* Orationis idea, quam affectauit, eiusmodi fuit: nam cùm differeret coram Marco, *Ecce tibi*, *Rex*, inquit, *rhetor institutoris egens: orator ætatem expectans.* & alia plura dissertauit, atq; ita lepida ac scurrilia. diem obiit in ætate ingraescente, vnus è multis existimatus. Atenim in cõtemptum venit, cùm ars ipsum deseruisset.

PHILAGER.

Philager Cilix, Lolliani quidem auditor fuit, Sophistarum autem vehementissimus, maximéque iracundus. Enimuero dormitanti aliquando auditorem colaphum impegisse dicitur. is præclaro quodam naturæ impetu ab adolescentia vsus, ne tum quidem, cùm senior extitit, ab ea destitutus est: sed tantos fecit

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ.

Ἑρμογένης δὲ, ὃν Ταρσοὶ ἐθαύμασαν, πεντεκαίδεκα ἔτη γεγονὼς, ἐφ' ὅτῳ μέγα προέβη τῆς τῶν σοφιστῶν δόξης, ὡς καὶ Μάρκῳ βασιλεῖ προσελθεῖν ἐφέσθαι ἀκροάσεως. ἐβάδιζε γοῦν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν αὐτὸς ὁ Μάρκος· καὶ ἤδη μὲν διαλεγομένῳ· ἐθαύμαζε δὲ ἀφθόνως. δωρεὰς δὲ λαμπρὰς ἔδωκεν. εἰς δὲ ἄνδρας ἥκων, ἀφῃρέθη τὴν ἔξιν τοῦ ἀδέμιας φανερᾶς νόσου. ὅθεν ἀσεϊσμὸν λόγον παρέδωκε τοῖς βασκάνοις. ἔφασαν γὰρ σὺν λόγοις ἀπτερωτὸν καθ' Ὅμηρον πτόεντας εἶναι. ἀποβεβληκέναι γὰρ αὐτοῦ τὸ Ἑρμογένει, καθάπερ πτερά. καὶ Ἀντίοχος ὁ σοφιστὴς ἀποσκώπτων ποτὲ ἐς αὐτὸ, οὗτος, ἔφη, Ἑρμογένης, ὁ ἐν παισὶ μὲν, γέρων, σὺ δὲ γέρουσι, παῖς. ἡ δὲ ἰδέα, ἣν ἐπετήδευε, τοιάδε τις ἦν. ἐπὶ γοῦν τοῦ Μάρκου διαλεγόμενος, ἰδού σοι, ἔφη, βασιλεῦ, ῥήτωρ παιδαγωγοῦ δεόμενος· ῥήτωρ ἡλικίαν προσμένων. καὶ πλείω ἕτερα διῆλθεν, ἃ ὧδε βωμολόχα. ἐτελεύτα μὲν οὖν σὺν βαθεῖ γήρᾳ, εἷς δὲ τῶν πολλῶν νομιζόμενος. κατεφρονήθη γάρ, ἀπολιπούσης αὐτὸν τῆς τέχνης.

ΦΙΛΑΓΡΟΣ.

Φίλαγρος δὲ ὁ Κίλιξ, Λολλιανοῦ μὲν ἀκροατὴς ἐγένετο, σοφιστῶν δὲ θερμότατος, καὶ σπουδαιότατος. λέγεται γάρ δὴ νυστάζοντά ποτε ἀκροατὴν ὑπὸ κόρης πλῆξαι. καὶ ὁρμὴ δὲ λαμπρᾷ σὺν μειρακίου χρησάμενος, οὐκ ἀπελείφθη αὐτῆς οὐδ' ὁπότ' ἐγήρασκεν. ἀλλ' οὕτω νὶ ἐπέδωκεν,

ὡς καὶ χῆμα ἓ διδασκάλου νομισθῆναι. πλείοσις δὲ ὑπομίξας ἔθνεσι, καὶ δοκῶν ἥδιστα μεταχειρίζεσθαι τὰς ὑποθέσεις, οὐ μετεχειρίσατο Ἀθήνησιν ἐς τὸ αὐτοῦ σχολεῖον, ἀλλ' εἰς ἀπέχθειαν Ἡρῴδῃ κατέστησεν ἑαυτόν, καθάπερ τοῦτο * ἀφιγμένος. ἑωθινὸς μὲν γὰρ δείλης ἐν Κεραμικῷ μετὰ τεττάρων, οἷοι Ἀθήνησιν οἱ τοὺς σοφιστὰς θηρεύοντες. ἰδὼν ὑπὸ νεανίαν καὶ δεξιᾶς ἀναστρέφοντα μετὰ πλειόνων. σκώπτεσθαί τι ὑπ' αὐτοῦ δόξας, ἀλλ' εἶ σύ, ἔφη τις; Ἀμφικλῆς ἐγώ, ἔφη, εἰ δή τὸν Χαλκιδέα ἀκούεις. ἀπέχου τοίνυν, ἔφη, τῶν ἐμῶν ἀκροάσεων. οὐ γάρ μοι δοκεῖς ὑγιαίνειν. τῷ δὲ ἐρομένῳ, τίς ὢν ταῦτα κηρύττεις; δῆλα πάλαι ἦν ὁ Φίλαγρος, εἰ ἀγνοεῖταί που. ἐκ φίλου οὖν ῥήματος ὡς ἐν ὀργῇ διαφυγόντος, λαβόμενος ὁ Ἀμφικλῆς· ἆρ' οὖν δὴ παρ' ἐτύχανε τῷ Ἡρῴδου γνωρίμων τινὶ παρόντι Φερόμενος, παρά τινι τῶν ἐλλογίμων τοῦτο εἴρηται, ἔφη; ἆρα ὅς, παρὰ Φιλάγρῳ. ἡ παροιμία αὕτη μὲν δὴ ἡ * παροιμία, ἐς τὰ τοιαῦτα παροῦσα. τῆς ὑστεραίας μαθὼν τὸν Ἡρῴδην ἐν θεάτρῳ διατρίβοντα, γεάφει πρὸς αὐτὸν ἐπιστολήν, καταπλήττων τὸν ἄνδρα ὡς ἀμαθοῦντος τὸν τῶν ἀκροατῶν νόμον. ὁ Ἡρῴδης, δοκεῖς μοι, ἔφη, ἃ καλῶς προοιμιάζεσθαι, ἐκπλήττων αὐτὸν ὡς μὴ κατανοοῦντα ἀκροατῶν εὔνοιαν, ἣν προοίμιον ἡγεῖται χρὴ τῆς ἐπιδείξεως. ὁ δέ, ὥσπερ οὐ ξυνιεὶς ἃ αἰνίττεται, ἢ ξυνιεὶς μὲν, ἐν γέλωτι δὲ τὴν Ἡρῴδου γνώμην ἔθηκεν ἅτε πεπαιδευμένος, ἐν ᾧ δὴ τῆς ἐπιδείξεως, παρόντων ἐς ἀκροατὰς εὐνοϊκῶς, ὡς γὰρ τῶν πεπαιδευμένων ἤκουον· προσέκρουσε μὲν

A progressus, vt schema siue exemplar magistri dicendi haberetur. iam verò cum plurimis nationibus conuersatus, & optimè controuersias tractare visus; Athenis professus non est in auditorio suo, sed in simultatem venit cum Herode quod inde profectum est: si quidē crepusculo in Ceramico cum quatuor ibat, quales Athenis sunt qui Sophistas venantur: & intuitus adolescentulū à dextris se cum plu-
B ribus conuertentem, cauillis incessi ab eo ratus ait; *At quisnam, es tu? Amphicles ego* (inquit) *si modo Chalcidensem audis. Abstine igitur* (inquit) *ab auscultationibus meis. non enim mihi videris sanus*. hoc verò interrogante, *Quis verò es, qui hæc prædicas? Grauia paterer* (inquit Philager) *si ignorarer alicubi.* Tum Amphicles ipso ex amica voce, quæ vt per iram effuderat, deprehenso: etenim ex Herodis familiaribus eum primò fuisse constabat; *Apud quem eruditum hoc dictum est?* inquit. ille subiecit,
C *Apud Philagrum.* Hoc sane diuerbiū hucusque prouectum est. Postero autem die cùm didicisset Herodem in suburbano commorari, litteras ad eum scripsit, quibus illum perstringit, quòd auditorum modestiæ nullā haberet curam. tùm Herodes: *Videris* (inquit) *mihi non præclarè exordiri.* increpans ipsum quòd auditorum beneuolentiam sibi non
D compararet, quam exordium Speciminum ducere oportet. ille tanquā nō percepto grifo, aut percepto quidem, sed risui & ludibrio habita Herodis optima mēte, excidit opinione, in speciosa oratione, cùm ad auditores beneuolos accessisset; nam vt à veteribus accepi, offendit sermo

iuuenilem ſonoritatem præ ſe ferens, & notiones venatus. quinetiá viſus eſt iuuenilis. etenim permixtus fuerat Athenienſiũ elogiis mulieris luctus: quæ ipſi in Ionia mortua erat. hanc autem declamationem ſic cautè inſtituerat. ſuſcepta ac decertata ab eo cõtrouerſia fuit in Aſia, eiuſmodi, *Deprecantes non-vocatorum ſocietatem & opem*. hanc editam iam cauſſam memoriæ commendauerat: ſed enim percelebris ob vim memoriæ extitit. cùm ad Herodem rumor hic peruenisſet, quòd Philager prius definitas cauſſas ex tempore ageret: eas verò quæ ſecundo terminatæ erant, non item; ſed priſca meditaretur, & à ſe prius prædicta: propoſuit ipſi Non vocatos iſtos: cùm autem extemporanea dictione vti videretur, viciſſim legebatur declamatio deinde magno tumultu multóque riſu in auſcultatione excitato; Philargus clamans & vociferans; quòd grauia & indigna pateretur, dum à ſuis arceretur; non euitauit culpam, quæ iam fidem fecerat. hæc igitur in Agrippio ſunt peracta. intermiſſis circiter quatuor diebus ad artificum prætorium aduenit, quod ædificatum erat iuxta Ceramici portas, non longe ab equitibus. ibi celeberrima actione exhibens Ariſtogitonem accuſare volentem Demoſthenem quidem quòd Medis faueret, Æſchinem autem, quòd Philippo palparetur, pro quibus ſe inuicem accuſauerãt, præcluſa pronunciatio eſt præ iracundia ſpiritu vocali natura vocem obſcurante & intercludente in bilioſis. character Philagri orationum in diſ-

A ἡ διάλεξις νεαροπρεπὴς δόξασα, καὶ ἐσταθμισμένη τὰς ἐννοίας. ἐδόκει ὃ μὴ μειρακιώδης. γυναικὸς γὰρ θρῆνος ἐγκατεμέμικτο τοῖς Ἀθηναίων ἐγκωμίοις, τεθνεώσης αὐτῷ ἐν Ἰωνίᾳ. ἐφ' ᾧ μηδέπω οὕτως ἐπεβεβλήθη. ἠγωνίσατό τις αὐτῷ κλῆσιν τῷ Ἀσίᾳ ὑποθέσεως, οἱ παραιτούμενοι τὴν τῶν ἀκλήτων συμμαχίαν. ταύτης οὖν διεδεδομένης ἤδη τῆς ὑποθέσεως, μνήμην ἔσχε λέξεως. ὁ γὰρ δὴ ὁ Βύβλος ἀκμικῶς ἐν αὐτῇ ἐτύγχανε. λόγου δὲ ἥκοντος ἐς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἡρώδην, ὡς ὁ Φίλαγρος τὰς μὲν πρότερον διειλεγμένας ὑποθέσεις αὐτοσχεδιάζοι, τὰς δὲ, δεύτερον δηλονότι, ἀλλ' ἔωλα μελετῶν, καὶ ἑαυτῷ παροφρημένα, παρεύβαλον μὲν αὐτὸς τοὺς ἀκλήτους τούτους, δοκοῦντ' ἂν ἀποσχεδιάζειν, αὐτανεγινώσκετο ἡ μελέτη. θορύβου δ' ὄντος, καὶ γέλωτος τῶν

C ἀκροατῶν καταῤῥέοντος, βοῶν ὁ Φίλαγρος, καὶ κεκραγὼς, ὡς δεινὰ πάσχοι, τῶν ἑαυτοῦ εἰρχθέντων, οὐ διέφυγε τὴν ἤδη πεπεδημένην αἰτίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ Ἀγρίππου ἐπράχθη. διαλιπὼν δὲ ἡμέρας ὡς τέτταρας, παρῆλθεν ἐς τὸ τῶν τεχνιτῶν βαλανεῖον, ὃ δὴ οἰκοδομοῦσι παρὰ τὰς τοῦ Κεραμικοῦ πύλας, οὐ πόρρω τῶν ἱππέων. διδασκαλίαν δ' ἀγωνιζόμενος τοῦ Ἀριστογείτονα, τὸν αἰτιώμενα κατηγορεῖν τὸν μὲν Δημοσθένους μηδισμοῦ, τὸν δ' Αἰσχίνου Φιλιππισμοῦ, ὑπὲρ ὧν καὶ γεγραμμένοι ἀλλήλοις ἐτύγχανον, ἐσφάλη τὸ φθέγμα ὑπὸ τοῦ χόλου, ἐπισκοτοῦντος φύσει τοῖς πνεύμασι τὴν φωνὴν καὶ φωνητικὸν

πνεῦμα. χρόνῳ μὲν οὖν ὕστερον ἐπεβάθυσε καὶ κατὰ τὴν Ῥώμην θόρυβος. ἀθήνησι δ' ἀπηνέχθη, δι' ἃς εἴρηκα αἰτίας. χαρακτὴρ τῶν Φιλάγρου λόγων ὁ μὲν

ἐν τοῖς διαλέξεσι τοιοῦτος. εἶτα οἴει ἥλιον ἑαυτὸν φθονεῖν, ἢ μέλειν αὐτῷ εἴ τίς ἐστιν ἀστὴρ ἄλλος ἐν οὐρανῷ; οὐχ οὕτως ἔχει τὰ τοῦ μεγάλου τούτου πυρός. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ καὶ ποιητικῶς ἐκάστῳ διανέμειν· σοὶ μὲν ἄρκτον δίδωμι, λέγοντα, σοὶ δὲ μεσημβρίαν, σοὶ δὲ ἑαυτόν. πάντες δὲ σὺ νυκτί. πάντες, ὅταν ἐγὼ μὴ βλέπω μου. ἥλιος δ' ἀνόρθου, λιπὼν τὴν καλλίαν λίμνην, καὶ ἀστέρες εὐδαιμονέστατοι δὲ καὶ οἱ τῆς μελέτης αὐτῷ ῥυθμοὶ ἦσαν, δηλώσω τὰ πρὸς σοῦ ἀκλήτους εἰρημένα. καὶ γὰρ καὶ χαίρων αὐτοῖς ἐλέγετο. φίλε, τὴν ἡμέραν σε πεθέαμαι, καὶ τὴν ἡμέραν σὺ ὅπλοις, καὶ μὴ ξίφοις, μὴ λαλεῖς. καὶ πῶς ἀπὸ τῆς σκληρότητος μόνῳ οἶδα φιλίαν. ἄπιτε οὖν ἄνδρες φίλοι. τοῦτο γὰρ ὑμῖν τηρεῖν τοὔνομα. κἂν δεηθῶμέν ποτε συμμάχων, ἐφ' ὑμᾶς πεμψόμεθα. εἶπε δὲ πως. μέγεθος μὲν ἦν ὁ Φίλαγρος μετρίως μείζων. πῶς γὰρ ὀφρυῶν, πικρὸς, καὶ τὸ ὄμμα ἕτοιμος, καὶ ἐς ὀργὴν σκληθῆναι πρόθυμος· καὶ τὸ σὺν αὐτῷ δύσκολον, οὐδ' αὐτὸς ἠνόει. ἐρωμένου γοῦν αὐτὸν σφῶν τὸν ἑταίρων τι μαθὼν, παιδοτριβίαν οὐ χαίρει; ὅτι, ἔφη, ἐδὲ ἐμαυτῷ χαίρω. ἀποθανεῖν γὰρ αὐτὸν μὲν, σὺν θαλάττῃ· τὸν δὲ, σὺν Ἰταλίᾳ, πρὸ τοσούτου γήρως.

A sertationibus quidem eiusmodi est, *Deinde putas Solem Vespero inuidere, aut curæ ipsi esse, si quæ stella alia in cælo est? non ita se habent res ingentis huius ignis. nam videtur mihi etiam poetico more sic loqui: Do tibi Septentrionem: tibi Meridiem: tibi Vesperum. omnes autem in nocte: omnes, cùm ego non videor.*

Sol pulcra cæpit lucêre palude relicta. Et stellæ nullibi. quinam verò ipsi declamationis quoque moduli fuerint, quæ ad Non-vocatos dicta sunt, ostendent: etenim etiam ipsis gaudere dicebatur: *Amice hodie te contemplatus: & hodie in armis: sum, & cum ense. non loqueris. & solam noui amicitiam à concione contractam: valete ergo amici viri. hoc quippe vobis nomen seruamus: at si quando auxiliatoribus eguerimus, ad vos mittemus. dicite verò vbinam.** Cetertùm mole quidem Philager mediocri maior fuit: supercilio seuerus: intuitu promptus: ad iram valde proclivis. ac morum suorum peruersitatem ne ipse quidem ignorabat, itaque rogante ipsum vno e sodalibus, Quid causæ esset cur puerorũ educatione non gauderet: *Quia*, inquit, *ne meipso quoq. gaudeo.* quidam eum in mari obiisse tradũt: alij in Italia, cùm primùm senescere inciperet.

ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ.

Ἀριστείδην ἢ τὸν εἴτε Εὐδαίμονος, εἴτε δυσδαίμονα, Ἀδριανοὶ μὲν, ἐξήνεγκαν. ἡ δὲ Ἀδριανοὶ, πόλις οὐ μεγάλη ἐν Μυσοῖς. Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν αὐτὸν τῇ τοῦ Ἡρώδου ἀκμῇ. καὶ γὰρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Πέργαμον, αὐτὸν τῇ Ἀισχυλείοις γλώττῃ. νοσώδης δὲ ἐκ μειρακίου γενόμενος, καὶ

ARISTIDES.

Aristidem siue Eudæmonis.i.beati filium, siue beatum: Adriani quidem protulerunt. (ea verò vrbs est non magna apud Mysos.) Athenæ autem exercuerunt, eo sermonis vigore quo Herodes valebat: & Pergamũ Asiæ oppidum, iuxta Aristoclis linguam. ac licet aduersa valetudine ab adolescentia esset, laborem

tamen non fugit. genus porro morbi, & quòd nerui ipsi cohorruissent, ipsemet in libris sacris commemorat. illi autem libri commentariorum diariorum rationem ipsi aliquam continent. atqui diaria boni magistri sunt de quauis re bene differendi. Cùm vero ad dicendum ex tempore, natura minimè propensus esset, accurato orationum generi sedulam operam dedit: & ad antiquos, animi oculos conuertit: in grandi & vbere dicendi charactere præpolluit, ieiunæ orationis tenuitate exempta. Aristidis peregrinationes non multæ fuerunt: neque enim ad multorum gratiam differebat; neque animi æstum remittebat aduersus eos, qui cum laudatione non auscultabant. Gentes vero quas adiit, sunt Italia, & Græcia, & Ægyptus quæ iuxta Delta habitatur. Æream ipsi statuā erexerunt in foro Smyrnensi. quòd autem etiam Smyrnæ conditor celebretur, non superba laus est, sed æquissima & verissima. nam vrbem hanc terræ motibus & hiatibus deletam, adeò grauiter deplorauit apud Marcum, vt in alia quidem parte lamentationis Imperator sæpe ingemuerit: sed in hoc loco, *Fauonij ipsam desertam perflant*: lacrymas quoque libro infuderit; & restaurationi vrbis Aristidæ impulsu annuerit. verùm antea Aristides Marcum in Ionia conuenerat. nam vt à Damiano Ephesio audiui, per tres dies iam Imperator Smyrnæ moratus erat: atque Aristidem nondum cognoscens, interrogabat Quintillios, nunquid in eorum qui salutauerant cœtu, despectus ipsi vir fuisset? hi verò neq; ipsi eum conspexisse asseruerūt: alioquin enim minimè fuisse

A ἠμέλησε τ πονεῖν. πλὴ μὲν οὖν ἰδέαν τ νόσου, καὶ ὅπ τὰ νεῦρα αὐτῷ ἐπεφρίκει, αὐ ἱεροῖς βιβλίοις αὐτὸς φράζ. τὰ δὲ βιβλία ταῦτα, ἐφημερίδων ἐπέχ πνὰ αὐτῷ* λόγον. αἱ δὲ ἐφημερίδες, ἀ- * αὐτῷ.
γαθοὶ διδάσκαλοι τὸ εὖ λέγειν παντὸς δ διαλέγεσθαι. ὅπ ὁ τὸ χρὴ ἀζῆν μὴ ἐπομένης αὐτῷ τ φύσεως, ἀκριβείας ἐπεμελήθη. ⁊ εἰς τοὺς παλαιοὺς ἔβλεψεν, ἱκανῶς τε τῷ γονίμῳ ἴσχυσε,
B κουφολογίαν ἐξελὼν τ λόγου. ἐπεδημίαν δ Ἀριστείδου, οὐ πολλαί. οὔτε γὰρ ἐς χάριν τ πολλῶν διελέγετο, ὅτε ἐκράτει χολῆς ὅπ τοὺς μὴ ξυνεπαινοῦντας ἀκροωμένους. ἃ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι, καὶ Ἕλλας, καὶ ἡ εἰς τὸ Δέλτα κατῳκισμένη Αἴγυπτος. οἱ χαλκοῦν ἔστησαν αὐτὸν ὅπ τ κτ πλὴ Σμύρναν ἀγαθᾶς οἰκιστὴν δ ⁊ τ Ἀριστείδην τ Σμύρνης, οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατος τε καὶ ἀληθέστατος.
C πλὴ γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε, ⁊ χασμάτων, οὕτω πολυφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ, θαμὰ ἐπισεναύσαι τὸν βασιλέα. ὅπ δ τῷ, ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι, καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ὑπισάξαι, ξυνοικίαν τε τῇ πόλει ἐκ τ Ἀριστείδου ἐνδοίμων ἐπινεῦ- ἐπ. κ. πεύσαι. ἐτύγχανε δ καὶ ξυλλεγόμενος ἤδη τῷ
D Μάρκῳ ἐν Ἰωνίᾳ Ἀριστείδης. ὡς γὰρ ἐξ Ἐφεσίου Δαμιανοῦ ἤκουον, ἐπεδήμει μὲν ὁ αὐτοκράτωρ ἤδη Σμύρνῃ τρίτην ἡμέραν· τὸν δὲ Ἀριστείδην οὔπω γινώσκων, ἤρετο τοὺς Κυιντιλλίους, μὴ ἐν τῷ πλῆ ἀσπαζομένων ὁμίλῳ φρεωεσμένος αὐτῷ ὁ ἀνὴρ εἴη. οἱ δ, οὐδὲ αὐτοὶ ἔφασαν ἑωρακέναι αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν

προσδοκῆναι, τὸ μὴ ἐξυπνῆσαι. ὁ δὲ ἀφίκετο τῇ ὑστεραίᾳ τὸν Ἀριστείδην ἀμφω δορυφοροῦντες. προσιόντων δὲ αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ· διὰ τί σε, ἔφη, βραδέως εἶδομεν; ὁ δὲ Ἀριστείδης, θεώρημα, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἠχόλει· γνώμη δὲ θεωρεῖσθαι, μὴ ἀποκρεμαννύσθω ἃ ζητεῖ. ὑπερηδεὶς δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τῷ ἤθει τοῦ ἀνδρὸς ὡς ἁπλοϊκωτάτῳ, πότε, ἔφη, ἀκροάσομαί σου; ὁ δὲ Ἀριστείδης, σήμερον, εἶπε, προβαλοῦ, ἢν ἄριστον ἀκροᾷ· οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμεσώντων, ἀλλὰ τῶν ἀκεισθέντων. ἔξεστιν, ὦ βασιλεῦ, καὶ σοῦ γνωρίμους προσεῖναι τῇ ἀκροάσει. ἔξεστιν, ἦ δ' ὁ Μάρκος. δημοτικὸν γάρ. εἰ πάντως δὲ τοῦ Ἀριστείδου, δεδόσθω δὲ αὐτοῖς ἐμβοᾶν, ἢν κροτεῖν, ὦ βασιλεῦ, ὁπόσον δύνανται. μειδιάσας ὁ αὐτοκράτωρ, ἔστω, ἔφη, ἐπὶ σοὶ κείσθω. καὶ ἔγραψα τὸν μελετηθεῖσαν ὑπόθεσιν, ἣν μὲν ἄλλοι ἄλλως φασίν. ἐκεῖνό γε μὲν πρὸς πάντων ὁμολογεῖται, τὸν Ἀριστείδην δρίσῃ φορᾷ δεῖν τὸν Μάρκου χρήσασθαι, πρόῤῥωθεν τῇ Σμύρνῃ ἑτοιμαζούσης τὸν τύχης τὸ δι' ἀνδρὸς τοιούτου διανοικοδόμησιν. ἢ δέ φησι παῦτα, ὡς οὐχὶ τοῦ βασιλέως ἀνοικήσαντος ἀπολωλυῖαν πόλιν, ᾗ οὐδὲν ἐθαύμασεν· ἀλλ' ὅτι αἱ βασίλειοί τε, καὶ θεοειδέσι φύσεις, ἢν προσεγείρῃ αὐτὰς ξυμβολία, ἢ λόγος, ἀναλάμπουσι μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ ποιεῖν δὴ ξὺν ὁρμῇ φέρονται. Δαμιανοῦ κἀκεῖνα ἀκούσαντος, τὸν σοφιστὴν τοῦτον διαβάλλειν μὲν τοὺς αὐτοσχεδίους ἐν ταῖς διαλέξεσι, θαυμάζειν δὲ ὅτῳ τὸ αὐτοσχεδιάζειν, ὡς ἢ ἰδίᾳ σπουδεῖν αὐτὸ, εἰ δυνατὸν αὐτὸ καθηρμοσμένα. ἔξεστιν δέ, κἂν λέγειν σὺ κἂν λέγῃ, ἢ νόημα

A prætermissuros quo minus cõmendarent: ac postero die redierunt ambo Aristidẽ stipantes. tum alloquutus ipsũ Imperator, *Quare te*, inquit, *sero vidimus*? subiecit Aristides, *Theorema, ô Rex, nos occupabat. atqui mens aliquid considerãs ab eo quod quærit suspensa esse non debet.* Exhilaratus Imperator viri indole tanquam simplicissima. *Quando* (inquit) *audiam te?* & Aristides. *Hodie* (inquit) *propone, & cras audies: non enim ex iis sumus, qui vomunt, sed ex iis, qui accuratè faciunt: Liceat autem, ô Rex, etiam notos & familiares interesse auscultationi. Liceat* (inquit Marcus) *siquidem populare est.* Cùm vero addidisset Aristides, *Concedatur etiam ipsis exclamare, ô rex, & plaudere, quantum valent.* Imperator hîc arridens, *Hoc*, inquit, *in te situm est.* Non adscripsi controuersiã, de qua declamationem instituerat: quandoquidem alij aliam esse dicunt. illud profecto ab omnibus conceditur, Aristidem optimo instinctu, Marco vsum fuisse, Fortuna longe antea Smyrnæ istud comparante, vt per talem virum vrbs restauraretur. at non hæc asseruit, quasi rex ciuitatem dirutam non instauraturus esset; quam incolumen admiratus fuerat: verùm quoniam regiæ & diuinæ naturæ, si consilium & oratio ipsas concitet, eò magis relucent, & ad benignè agendum cum impetu feruntur. hæc quoque audiui à Damiano; hunc Sophistam exagitasse quidem dicentes ex tempore in dissertationibus, adeò tamen extemporaneam actionẽ suspexisse, vt priuatim in eo laboraret in conclaui inclusus. in eo verò dabat operam, vt membrum ex membro, & sententiam ex sententia reuo-

tia reuolutaret ; hoc autem mandentis potius quàm edẽtis esse censeremus. etenim subita declamatio linguæ volubilis contentio & certamen est. quidam porrò Aristidem accusant, quòd exordium tralatitium & inelegans adhibuerit actioni mercenariorum terram repetentium. namque ita ipsum hanc causam fuisse exorsum, *Non cessabunt isti homines nobis negotia facessere.* sunt etiam qui huius viri vigorẽ carpant in declamatione eius, qui munitionẽ Lacedæmonis deprecatur, vbi ita dictum est: *Nunquid enim in muro formidaremus, coturnicum naturam assequuti*. Reprehendunt etiam adagium vt abiectè emissum: etenim infectans Alexandrum tanquam patris grauitatem imitantem in negotiis, Patris filium esse dixit. iidem cauillum etiam accusant, quoniam Arimaspos luscos dixerat cognatos esse Philippi: eo quòd Demosthenes causam dixisset apud Græcos pro tragico Simia, & Oenomao Aruali. at verò non ex iis Aristidem noris: imò ipsum declaret, tum Isocrates Athenienses educens è mari: & qui Callixenem carpit quòd non decem sepelierit: & deliberantes de rebus Siculis: & Aischines qui non acceperat frumentum pro Kersoblepta: & deprecantes fœdera postquã occidissent familias; in qua maximè controuersia edocet nos, quomodo quis periculosas & tragicas notiones aggrederetur. Plures quoque alias controuersias noui, in quibus hic vir eruditionem summam indicat, & vim & ingenium: vnde potius ipsum inspicere par est, quàm sicubi de-

A καὶ νοήματος ἐπανακυκλῶν. τοῦτ' ἂν ἡ-
γώμεθα μαστιγοῦν μᾶλλον, ἢ ἐαθίον-
τος. αὐτοσχέδιος γὰρ, γλώττης δύρσεσις
ἀγώνισμα. κατηγοροῦσι δ' αὐτοῦ Ἀριστείδου
τινὲς, ὡς οὐτελὲς εἰπόντος προοίμιον ἐπὶ
τῶν μισθοφόρων τὸν ἀπαιτουμένων τὴν
γῆν. ἐξῆλθε γὰρ δὴ αὐτῷ τὸ ὑποθέσεως
τοιαύτης ὧδε· Οὐ παύσονται οὗτοι οἱ ἄν-
θρωποι παρέχοντες ἡμῖν πράγματα.
λαμβάνονται δέ τινες καὶ ἀκμῆς τοῦ ἀν-
B δρὸς, ὅτε τὸ παραινοῦντος τὸ τειχισμὸν
τῶν Λακεδαιμονίων εἰρηκὼς ἂν ὧδε· μὴ γὰρ
δὴ τὸν τεῖχος ἐπιπήξαιμεν, ὀρτύγων ἀ-
ναφαίνοντες φύσιν. λαμβάνουσι δὲ καὶ
παροιμίας, ὡς ταπεινῶς παρεσκευασμέ-
νης. ὅτι διαβάλλων γοῦν τὸν Ἀλέξαν-
δρον ὡς παρωζύνοντα τοὺς ἐν τοῖς πράγ-
μασι δυνάστας, τὸ παιδίον, ἔφη, τὸ παι-
δίον εἶ. οἱ αὐτοὶ κατηγοροῦσι καὶ σκώμ-
C ματος, ὅτι τοὺς Ἀριμασποὺς τοὺς μο-
νομμάτους, ἔφη, ζυπτυνεῖς εἶ τοῦ Φιλίπ-
που. ὥσπερ τὸν Δημοσθένους ἀπολογου-
μένου τοῖς Ἕλλησι ὑπὲρ τοῦ τραγικοῦ πι-
θήκου, καὶ τοῦ Ἀρραιβίου Οἰνομάου. ἀλλὰ μὴν
καὶ τούτων τὸν Ἀριστείδην, δηλοῦτο γὰρ αὐ-
τοῦ ὅ, τ' Ἰσοκράτης, ὁ τοὺς Ἀθηναίους ἐξά-
γων τῆς θαλάττης, καὶ ὁ ἐπιτιμῶν τῷ Καλ-
λιξείνῳ ὅτι τῷ μὴ θάψαντι τοὺς δέκα,
καὶ οἱ βουλόμενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ,
D καὶ ὁ μὴ λαβὼν Αἰσχίνης ὑπὲρ τοῦ Κερσο-
βλέπτου τὸν σῖτον, καὶ οἱ δεηθέντες
τοὺς συνδοὺς μὴ τὸ κτεῖναι τὰ γυναῖκα· ἐν
ᾗ μάλιστα ὑποθέσεων, ἂν ἀδιδάσκῃ ἡ-
μᾶς πῶς δεῖ τις ἀσφαλῶς κεκινδυνευ-
μένας τε, καὶ ξαίνειν συνοίας μεταχει-
ρίσασθαι. καὶ πλείους ἑτέρας ὑποθέσεις οἶδα, ἂν παιδευσίαν σὺ δύνωμαι τὴν ἀν-
δρὸς τούτου, καὶ ἰσχύν, καὶ ἦθος. ἀφ' ὧν μᾶλλον αὐτὸν θεωρητέον, ἢ εἴπου

καὶ προπετής τε, ἐς φιλοτιμίαν ἐκπεσών. καὶ τεχνικώτατος δὲ σοφιστῶν ὁ Αἰσχίνης ἐγένετο, καὶ πολὺς ἐν θεωρήμασι. ὅθεν καὶ τὸ φιλόζηλον ἀπενέχθη. ὁ γὰρ κατὰ θεωρίαν βουλεύσασθαι προθύμως πάντα, ἀχολεῖ πρὸς γνώμην, καὶ ἀπαλλάττει τὸ ἑτοίμου. ἀποθανεῖν δὲ τὸν Αἰσχίνην οἱ μὲν, οἴκοι γράφουσιν· οἱ δὲ, ἐν Ἰωνίᾳ· ἔτη βιώσαντα οἱ μὲν ἑξήκοντά φασιν· οἱ δὲ, ἀτεχνῶς ἑβδομήκοντα.

A spectus lapsúsve fuerit, & gloriæ cupiditate transuersum actus. Ceterùm Aristides omnium Sophistarum artificiosissimus, & multus in theorematis seu speculationibus. Ac proinde ab extēporanea dicendi ratione animum auocauit. sed enim ex speculatione omnia velle producere mentem, occupat, & à promptitudine arcet. Aristidē quidam domi obiisse dicunt, quidam in Ionia, cùm annos sexaginta vi- B xisset, vt nonnulli aiunt: sunt qui non pauciores septuaginta tribuant.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ.

Ἀδριανὸν δὲ τὸν Φοίνικα, Τύρος μὲν ἐγείνατο, Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν. ὡς γὰρ τοῖς ἐμαυτοῦ διδασκάλοις ἤκουον, ἀφίκετο μὲν ἐς αὐτὰς κατὰ Ἡρῴδην, φύσεως δὲ ἰσχυῆς σοφιστικωτάτην ἐνδεικνύμενος, καὶ ἔτι ἄδηλος ὤν, ὡς ἐπὶ μέγα ἥξοι. ἐφοίτησε μὲν γὰρ τῷ Ἡρῴδῃ, ὀκτὼ καὶ δέκα γεγονὼς ἴσως ἔτη. καὶ ταχέως ἀξιωθεὶς ὢν Σκήπτος τε, καὶ Ἀμφικλῆς ἠξιοῦτο. ἐνεγράφη δὲ καὶ τῇ τοῦ Κλεψύδριου ἀκροάσει. τὸ γὰρ Κλεψύδριον, ὧδε εἶχε. τῶν Ἡρῴδου ἀκροατῶν δέκα οἱ ἀρετῆς ἀξιούμενοι, ἐπεσπείζοντο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει, κλεψύδραν ξυμμετρημένην, εἰς ἃ ἔδει ἔπη, ἃ δίδει Ἡρῴδης, παρητημένος τοὺς ἐπαίνους, καὶ μόνος γεγονὼς τοῦ λέγειν. προδεδωκότος δὲ αὐτοῖς τοῖς γνωρίμοις, τὸ μηδὲ τοῦ πότου καιρὸν ἀνίεσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖ τι ἐπασυδάζειν τῷ οἴνῳ, ξυνέπινε μὲν ὁ Ἀδριανὸς, τοῖς ἀπὸ τῆς κλεψύδρας, ὡς

ADRIANVS.

Adrianum Phœnicem Tyrus quidem protulit, Athenæ verò exercuerunt. nam vt à meis præceptoribus accepi, is Athenas Herodis tempore venit: naturæ autem vim maxime Sophisticam atque argutam ostendit, adeò vt incertum non esset, eum ad summum apicem venturum. Enimuero Herodis scholam C frequentauit, annos octo & decem fortasse natus: & quamprimum iis muneribus, quæ Sceptus & Amphicles obtinuerant, honoratus; inscriptus est etiam ad Clepsydrij auscultationem. Clepsydrium vero ita se habebat. decem ex Herodis auditoribus virtute exculti, epulo doctrinæ perfruebantur, nempe auscultationem apud omnes, clepsy- D dra moderata ad centum versus quos Herodes extensè & prolixè recitauerat, deprecatus laudem ab auditoribus tributam, & solus ad dicendum à natura comparatus. Cùm porro ipse tradidisset familiaribus suis, vt ne conuiuij quidem tempus remitterent; sed & inter pocula aliquid serij admiscerent: iccirco Adrianus, quasi ad magni arca-

ni cõmunicationem admissus, cum his qui è clepsydra numerabantur, comessatus est. Cùm vero de optima Sophistarum idea inter eos sermo incidisset, in medium prodiens Adrianus: Ego quidem (inquit) characteres subscribam, nec incisorum, minimarúmve subtilium notionum, vel interpunctionum, aut modulorum recensum faciam: sed ad imitationem me præbebo: & omnium etiam sententias ex tempore, linguæ volubilitate fretus, expeditè proferam. Cùm hic Herodem præteriisset, Amphicles interrogabat, qua de causa præceptorem ipsorum prætermisisset; cùm & ipse hanc ideam amaret, atque illos amantes videret. Quoniam (inquit Adrianus) hi tales sunt, vt temulento quidem imitationẽ tradere nt: sed Herodem eloquẽtiæ principẽ, satis est si abstemius & sobrius repræsentauero. Hæc Herodi núciata eum accenderunt, alioquin bonæ existimationis cupidũ. idem extemporaneæ quoque orationis auscultationem Herodi iuuenis adhuc renunciauit. Herodes non vt plerique calumniantur, inuidens & cauillans, sed propitius & beneuolens cum audisset, iuuenem corroborauit his super omnibus adiectis verbis, *Coloßi magna hæc fragmenta fuerint*. partim ipsum emendans, quòd dissolutus atque incompositus præ ætate esset; partim collaudans ob vocalitatem & magna animi sensa. In Herodis funere orationem habuit viro dignissimam, vt auscultantibus Athenienſibus lachrymas in concione excitauerit. Tanta fiducia fretus, ad Athenienſium suggestum accessit, vt orationis suæ exordium non ab Athenienſium, sed à suamet ipsius sapientia duxerit. Sic enim exorsus est: *Iterum è*

A κοινωνὸς μεγάλου ἀπορρήτου· λόγε γὰρ αὐτοῖς περὶ τ σπάσε τ̃ Σοφιστῶν ἰδέας προβαίνοντος, ὑπογράψων ἐς μέσους ὁ Ἀδριανός, ἐγώ, ἔφη, ὑπογράφω σοὶ χαρακτῆρας, οὐ κομμάτων ἀπομνημονεύων, ἢ νοϊδίων, ἢ κώλων, ἢ ῥυθμῶν· ἀλλ' ἐς μίμησιν ἐμαυτ̃ παρέξας, καὶ τὰς ἁπάντων διανοίας ἀπορραδιάζων σοὶ εὐροίᾳ, καὶ ἀφιεὶς τῇ γλωττῃ. θαλλοντος γὰρ αὐτ̃ τ Ἡρῴδου, ὁ μὲν Ἀμφικλῆς ἤρετο, τ̃ χάριν τὸν διδάσκαλον αὐτ̃ παρέλθοι, αὐτὸς τ̃ ἐρῶν τ̃ ἰδέας, σφείνους τε ἰδὼν ἐρῶντας. ὅπ, ἔφη, ὅτοι μὲν οἷοι καὶ μεθύοντι θαρσαλέαν μίμησιν· Ἡρῴδου γὰρ τ̃ βασιλέα τῶν λόγων, ἀγαπητὸν, εἰ ἀοινός τ̃, καὶ νήφων ὑποκρίνομαι ταῦτα ἀπαγγελθέντα τῷ Ἡρῴδῃ, δίκαιον αὐτὸν, ἥπιον καὶ ἄλλως ὄντα εὐδοξίας. ἐπήρθη γὰρ τῷ Ἡρῴδῃ καὶ ἀκρόασιν θαρσαλέος λόγου νεάζων ἐπ. καὶ ὁ Ἡρῴδης, οὐχ ὡς διαβάλλοισί τινες, βασκαίνων τε, καὶ πωθάζων, ἀλλ' ἀπὸ τ̃ διακειμένου τ̃, καὶ ἵλεως ἀκροασάμενος, ἐπερρώσε τὸν νεανίσκον, εἰπὼν ἐπὶ πᾶσι, κολοσσ̃ ταῦτα μεγάλα ἀποσπάσματα εἴη· ἅμα μὲν διορθούμενος αὐτὸν ὡς ὑφ' ἡλικίας διεσπαρμένον τε, καὶ μὴ ξυγκείμενον, ἅμα δὲ ἐπαινῶν ὡς μεγαλόφωνόν τε, καὶ μεγαλογνώμονα. καὶ λόγον τῷ Ἡρῴδῃ ἀποθανόντι ἐπεφθέγξατο ἀπάξιον τ̃ ἀνδρὸς, ὡς ἐς δάκρυα ἐκκληθῆναι τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῇ τ̃ λόγου ἀκροάσει. μέσος δὲ οὕτω θρῆσαι ἐπὶ τὸν θρόνον θρῆλθε τὸν Ἀθηναίων, ὡς προοίμιόν οἱ γλυκέως τῆς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεως μὴ τ̃ ἐκείνων σοφίαν, ἀλλὰ τ̃ ἑαυτ̃ ἤρξατο λέγειν ὧδε. πάλιν ἐκ

Φοινίκης γράμματα. τὸ μὲν δὴ προοί- A *Phœniciæ literæ.* hoc proœmium viri
μιον τῦτο, ὑπραινέντος* ἰῶ τοὺς Αθη- fuit, non Athenienſes extollentis,
ναίους, ⁊ διδόντος αὐτοῖς ἀγαθὸν μᾶλ- ſed bonum potius dantis, quàm ac-
λον, ἢ λαμβάνοντος. μεγαλοπρεπέ- cipientis. Magnificentiſſimè orato-
σατα ὁ τῦ Αθηναίοις θεοῦ ἐπεμελήθη, rio Athenienſium throno operam
ἐσθῆτα μὲν πλείσου ἀξίαν ἀμπεχό- collocauit. veſte ſpecioſiſſima pre-
μενος, ἐζηρτημένος τὰς θαυμασιω- tioſiſſimáq; indutus, & admirabili-
τέρας τῶν λίθων. ⁊ καθιὼν ὁ ἀπὸ τὰς bus lapillis exornata; atq; ad Eleu-
ἀποδὰς ἐπ' ἀργυροχαλίνε ὀχήματος. ſina ſacra equo freno inſigni argen-
ἐπεὶ ὁ ἀπεδάσθη, ζηλωτὸς αὖ ἐπα- teo vectus, deſcendebat; factáque
νιὼν ἰῶ πομπῆ τ παντα χόθεν Ελλη- re diuina cum comitatu ex vni-
νικοῦ. οἱ δὲ γοῦ ἐθεράπευον αὐτὸν, ὥσπερ uerſa Græcia collecto redibat. Hi
τὰ γῦν Ελευσῖνος, ἱεροφάντῃ λαμ- B namque lubenter ei inſeruiebant,
πρῶς ἱερουργοῦντα. ὑπεποιεῖτο ὁ αὐ- vt & Eleuſinis gentes, quaſi antiſti-
τοὺς ⁊ παιδιαῖς, ⁊ πότοις, ⁊ θήραις, ⁊ ti ſacris præclarè operanti. Eos e-
κοινωνίᾳ παιγνίων Ελληνικῶν, ἄλλα nim ludis & conuiuiis, & venatio-
ἄλλῳ ξυνεπάζων. ὅθεν διέκειντο πρὸς nibus, & ludicrorum Græcorum
αὐτὸν, ὡς πρὸς πατέρα παῖδες ἡδύ τε communicatione ſibi conciliauerat,
⁊ πρᾶον. ⁊ ξυνδιεφέροντο αὐτοῖς τὸ alia cum alio iuueniliter tractans:
Ελληνικὸν σκίρτημα. ἐγὼ τοι ⁊ δα- C vnde ita erga ipſum animati erant,
κρύοντας αὐτ ἐνίους οἶδα, ὁπότ' ἐς μνή- vt liberi in patrem iucundum atque
μην τ ἀνδρὸς τούτε καθίσαντο. ⁊ τοὺς mitem: vnáq; inter ſe ſaltationem
μὲν, τὸ φθέγμα ὑποκορίζομένους· τοὺς Græcã adhibebant. Ego verò quoſ-
δὲ, τὸ βάδισμα· τοὺς δ', τὸ ὄγκιμον τῆς dam lachrymari noui, quando in
σολῆς. ἐπαχθεῖσαν δ' αὖπω ⁊* Φοινικὴν viri memoriam incidebant, dum
αἰπαν, ὧδε ἀπέφυγε. ἰῶ Αθηναίοις alij vocem ipſius effingerent, alij
ἀνθρώπων, ⁊ ἀγύμναστον τῆς πρὸς τοὺς greſſum, alij veſtitus venuſtatem.
σοφιστὰς δρόμου. τούτῳ ἀμφορέα μέν Homicidij crimine ſibi illato ſic ab-
τις οἴνε προσάγων, ἢ ὄψα, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ſolutus eſt. Athenis homullus qui-
ἀργύριον, ὑμεταχρίσω* ἐχρήσατο, κα- D dam fuit, non inexercitatus in cur-
θάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τ θρεμμάτων τῷ riculo Sophiſtis familiari. Cùm
θαλλῷ ἄγοντες. εἰ δ' ἀμελοῖντο, φιλο- huic quidam vini cadum, obſonia,
λοιδόρως εἶχε, ⁊ ὑλάκτει. τῷ μὲν οὖν veſtem, argentúmve adferret, ita fa-
Αδριανῷ προσεκρόκει διὰ τ δυχέ- cile ac familiariter vſus eo eſt, quẽ-
ρειαν τ ἤθους. Χρῆσον δ' ⁊ σὶ Βυζαντίῳ admodũ qui famelica pecora virga
σοφιστὴν ἐθεράπευε. ⁊ ὁ μὲν Αδριανὸς, ἐκαρτέρει τὰ δ' αὖ παντα δείγματα, oleagina ducunt. quod ſi id negli-
κόρεων τὰς σὶ τῷ τοιούτων λοιδορίας καλῶν. οἱ γνώριμοι δ' ⁊ σὺν ἐγκόπτες, gerent, cõuiciabatur, & oblatrabat.
Adriano demum propter morum facilitatem infeſtus fuit. Chreſtum Byzantinum verò Sophiſtam obſeruabat. Adrianus certè omnes eius morſus æquo animo tolerauit: dum maledicta culicũ morſus appellaret. at familiares qui ferre non poterãt,

ſuis famulis imperarunt, vt ferrent eum & pulſarent: quare intumeſcentibus inteſtinis trigeſimo die vita deceſſit. cùm aliquam etiam morti occaſionem præbuiſſet: quoniam merum ægrotans biberat: qui autem genere attinebant defuncto, apud Græciæ prætorem cædis accuſant Sophiſtam, vt vnum ex Athenienſibus; cui à tribus erat ipſi & populus Athenis. Is verò crimen inficiatus eſt, quippe qui neque ſuis, neque ſeruorum manibus eum, qui mortuus dicebatur, feriiſſet. Primùm huic defenſioni contulit Græcorum cœtus; quas ſuper ipſo non lugubres voces cum lacrymis effundentes? Deinde ſuper vino medici teſtimonium acceſſit. Quibus verò temporib. Marcus Imperator pro myſteriis Cereris Athenas legatos miſerat, hic ille vir Sophiſtarũ ſuggeſtum obtinebat: itáq; Marcus in vna Athenienſiũ hiſtoriæ parte poſuit, quòd neque illius doctrinam ignoraſſent. Atenim hunc iuuenibus præfecerat, non quòd audiendo eum exploraſſet, ſed quòd famæ aſſenſus eſſet. Cùm Seuerus vir Conſularis hunc calumniis afficeret, tanquã in Sophiſticis cauſis debacchantem, quippe cùm in certamine aciéq; forẽſi præpolleret: Marcus ad hoc arguendũ ac refutandũ obiecit ei Hyperidem, qui tum cùm Philippus erat in Elatia, ad ſolas Demoſthenis ſententias ſe conuertebat. Hic enim certamen ita induſtrie inſtituit, vt ne Polemonis quidem vehementiæ cedere videretur. Admiratus ergo eum Imperator eo vſque muneribus & donis euexit, vt magnum effecerit. Munera voco ſportulas, ſtipendiáve, prærogatiuas, immunitates, pontificatus, &

Munerum & donor. diſcrim.

A ἀπελθόντας τοῖς ἑαυτῶ οἰκέταις παῖειν αὐτόν· ἢ ἀνοιδησάντων αὐτῶ τῶν σπλάγχνων, ἡμέραις τελέσασα ἀπέθανε, παράσχόν τινα ἢ αὐτὸς τῶ θανάτω λόγον, ὑπὲρ ἀκράτου νοσῶν ἐπασεν. οἱ δὲ προσήκοντες τῶ τεθνεῶτι, γράφονται τὸν σοφιστὴν φόνου, παρὰ τῶ τῆς Ἑλλάδος ἄρχοντι, ὃς ἦν Ἀθηναίων, ὑπὲρ φυλῆς τῆς ἰδίας αὐτῶ, καὶ δήμος Ἀθηναίων. ὁ δὲ, ἀπέγνω τὴν αἰτίαν, ὡς μήτε

B ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ, μήτε ταῖς τῶν ἑαυτοῦ δούλων τετυπηκὼς τὸν τεθνάναι λεγόμενον. ξυνήγαγε δὲ αὐτῶ τῆς ἀπολογίας, τεκμήρια μὲν, τὸ Ἑλλήνιον, πάνας οὐχὶ ἀφιστὰς ὑπὲρ αὐτοῦ φωνὰς δακρύοις ἅμα. ἔπειτα ἡ ἐπὶ τῶ οἴνω τοῦ ἰατροῦ μαρτυρία. κῦρος δὲ τοῖς χρόνοις, οἷς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθηναίοις ὑπὲρ μυστηρίων ἐσάλη, ἐκράτει μὲν ἤδη τῶν τοῦ σοφιστοῦ δεινὸς ὁ ἀνὴρ ὤν, ἐν μέρει δὲ

C ὁ Μάρκος τῆς τῶν Ἀθηναίων ἱστορίας μηδὲ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἀγνοῆσαι· καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν τοῖς νέοις, οὐκ ἀκροάσει βασανίσας, ἀλλὰ ξυνθέμενος τῆ περὶ αὐτοῦ φήμη. σεβήρου δὲ, ἀνδρὸς ὑπάτου διαβάλλοντος αὐτὸν, ὡς τὰς σοφιστικὰς ὑποθέσεις ἐκβακχεύοντα, διὰ τὸ ἐρρῶσθαι περὶ τοὺς ἀγῶνας, ἔλεγχον τούτου ποιούμενος ὁ Μάρκος, προύβαλε μὲν

D αὐτῶ τὸν Ὑπερίδην τὸν ἐς μόνας ὑπερφέρουσαν τὰς Δημοσθένους γνώμας, ὅτε δὴ ἐν Ἐλατείᾳ Φίλιππος ἦν. ὁ δὲ, ὅπως τὸν ἀγῶνα δεινῶς διέθετο, ὡς μηδὲ τὸν Πολέμωνος ῥοίζου λείπεσθαι δόξαι. ἀγαθεὶς δὲ αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ, ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε, καὶ δώροις· καλῶ δὲ δωρεὰς μὲν, πάσης τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερῶσθαι, καὶ

ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας. δῶρα δὲ, χρυσὸν, ἀργύριον, ἵππους, ἀνδράποδα, καὶ ὅσα ἐρμηνεύει* πλοῦτον· ὧν αὐτὸν τὸ εἰπεῖν πλῆσαι, καὶ χρύσος τὸ σκεῦος πάντας. καταληφὼν δὲ τὸ ἄνω* θρόνον, ὅπως τῷ Ρώμῃ πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψῃ, ὡς καὶ τοῖς ἀξιώτοις τῆς γλώττης Ελλάδος, ἔρωτα παρασχεῖν ἀκροάσεως. ἠκροῶντο δὲ ὥσπερ βύσμου σης ἡδύνος, τὸ εὐγλωττίᾳ σκληρυνόμενοι, καὶ τὸ ῥῆμα, καὶ τὸ εὔστροφον τοῦ φθέγματος, καὶ τοῖς περιττοῖς, καὶ ξὺν ὠδῇ ῥυθμοῖς. ὁπότε οὖν ἀσυδάσαι περὶ τὰς ἐγκυκλίους θέας, ὀρχησῶν δὲ αὖ παντὸς ἐπίπαν, φανέντος ἂν περὶ τὸ σκηνικὸν τοῦ τὸ ἀκροάσεως ἀγγέλου, ἐξανίσταντο μὲν ἀπὸ τοῦ συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσταντο δὲ τοῦ δημοσίᾳ ἱππεύοντων· οὐχὶ τὰ Ελληνίων ἀσυδάζοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι τὴν ἑτέραν γλῶτταν ἐπαιδεύοντο ἐν τῇ Ρώμῃ, καὶ δρόμῳ ἐχώρουν ἐς τὸ Ἀθήναιον, ὁρμῆς μέσοι, καὶ τοὺς βάδην πορευομένους, κακίζοντες. νοσοῦντι δὲ ἄνδρι κατὰ τὴν Ρώμην, ὅτε δὴ καὶ ἐτελεύτα, ἐφθόησαν μὲν τὰς ἐπιστολὰς ὁ Κόμμοδος ξὺν ἀπολογίᾳ τοῦ μὴ καὶ θᾶττον. ὁ δὲ, ἐπιθάσας μὲν τὰς μούσας, ὥσπερ εἰώθει, προσκυνήσας δὲ τὰς βασιλείους δέλτους, τὴν ἐπ'* αὐταῖς πνοὴν ἀφῆκεν, ἐνταφίῳ τὴν τιμὴν χρησάμενος. ἐτελεύτα δὲ ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, οὕτω τὴν εὐδοκιμον, ὡς καὶ πολλοῖς γόης δόξαι. ὅπερ μὲν ἓν ἀνὴρ οὐκ ἄν ποτε πεπαιδευμένος ἐς γοήτων ὑπαχθεὶς τέχνας, ἱκανῶς ἐν τοῖς ὑπὲρ Διονυσίου λόγοις εἴρηκα. ὁ δὲ, οἶμαι τραλευόμενος ἐν ταῖς ὑποθέσεσι περὶ τὰ τῶν μάγων ἤθη, τὸν

ἐρμηνεύει

πρὸς αὐτὰς

A cetera quæ viros illustrant. Dona verò aurum, argentum, equos, mancipia, & quæcunque diuitias interpretantur. quibus quidem omnibus & eum & omnes ex gente illius expleuit. Cùm supremum suggestum Romæ teneret, ita vniuersam vrbem in se conuertit, vt iis etiam qui Græcam linguam non intelligebant, audiendi amorem excitaret. Audiebant autem ipsum homines non secus atque suauissimam B luscíniam; linguæ volubilitate, conformatione gestus ac concinna prolatione, & modulis tam in soluta quam astricta numeris oratione, perculsi. Porrò cùm spectaculis amphitheatrorum vacaret, quæ saltatoribus plane constabant; simulatque in scena visus erat auscultationis nuncius, vniuersus continuò Senatus assurgebat; assurgebátq; equester ordo: ac non solùm Græcarum C literarum studiosi, verumetiam quicunque Romæ aliam linguam addiscebant: quinetiam in Athenæi auditorium curru concitato ferebantur, ac præ nimio impetu lente pedetentímque pergentibus conuiciabantur. Ægrotanti in vrbe viro, eo morbo quo vitam finiit, literas Commodus misit, quibus etiam se quod sero scripsisset, excusabat. hic autem Musis ex more inuocatis, & Augustalibus tabulis D adoratis, super ipsis animam efflauit; pro sepulchralibus fasciis hoc honore potitus, circiter octogesimum vitæ annum deceffit: tanta ingenij doctrinæque celebritate, vt multis magus videretur. Atqui illum nunquam præstigiatorum magorúmve artibus addictum fuisse; luculenter docuimus in iis, quæ de Dionysio scripsimus. Verùm quia in causis, opinor, ita magorum mores præstigiosè exagitabat, hanc in-

Plaut. in Sticho.

de cognominationem apud illos eſt adeptus. Impudentiæ præterea virum accuſant, quòd cùm aliquis è familiaribus ei piſces miſiſſet argenteo diſco depoſitos, multa auri varietate ſpectabili, ipſe diſco mirifice oblectatus, eum minime reddiderit; immo ei qui miſerat reſponderit, *Rectè ſanè quòd etiam piſces*. Atqui ita cum familiari ſuo, quem præparcè diuitiis vtentem acceperat, animi cauſa iocatus, poſtea hac vrbanitate auditore commonefacto, argentum reddidiſſe dicitur. Hic Sophiſta in ſententiis profectò multus, ſplendidúſq; fuit, & in cauſarum exornatione, perquàm varius: cúmq; hoc è tragœdia accepiſſet, neque ordinem lucidum, neque artem ſecutus eſt. Ceterum apparatũ orationis ab antiquis Sophiſtis congeſſerat, ſonum vocis potius quàm plauſum affectans. plerumque tamen profusè atque improuidè tragica actione adhibita, excidit à vocalitate.

ἐπωνυμίαν ταύτην παρ' αὐτοῖς ἔσχε. διαβάλλοισι δ' αὐτὸν, ὡς ἢ αἰσχρὸν ἦθος. πέμψαι μὲν γὰρ αὐτῷ τινα τῶν γνωρίμων, ἰχθῦς διακειμένους ἐπὶ δίσκῳ ἀργυροῦ πεποικιλμένῳ χρυσῷ· τὸν δὲ ὑπερηδέντα τῷ δίσκῳ, μήτε ἀποδοῦναι, καὶ ἀποκρίνασθαι τῷ πέμψαντι, ὅτι καὶ σὺ ἰχθῦς. τοῦτο δ' διατελέσης μὲν εἵνεκα παίξαι λέγεται πρός τινα τῶν ἑαυτοῦ γνωρίμων, ὃν ἤκουε μικροπρεπῶς τῷ πλούτῳ χρώμενον. τὸ δὲ ἀργυρον, ἀποδοῦναι, σωφρονίσας τὴν ἀκροατὴν τῷ ἀστείσματι. ὁ δὲ σοφιστὴς οὗτος, πολὺς μὲν περὶ τὰς ἐννοίας, καὶ λαμπρὸς ταῖς διασκευαῖς τῶν ὑποθέσεων ποικιλώτατος· ἐν δὲ βαθυφωνίᾳ τοῦ ἠρεμαίου· οὐ μὴν τεταγμένος γε, οὐδὲ τῇ τέχνῃ ἑπόμενος. τὸ δὲ διασκευὴ τῆς λέξεως, ἀπὸ τῶν ἀρχαίων σοφιστῶν παρειλήφει, ἤγουν προσάγων μᾶλλον, ἢ κρούων. πολλαχοῦ δὲ τῆς μεγαλοφωνίας ἐξέπεσεν, ἀταμιεύτῳ τῇ βαθυφωνίᾳ χρώμενος.

CHRESTVS.

Cùm Græci Chreſtum Sophiſtam Byzantinum neglexerunt, non mediocri virum iniuria affecerunt. Hic enim accuratè præ ceteris Græcis ab Herode inſtitutus erat, & ipſe quoque multos ſpectatos viros edocuit. è quorum numero fuit Hippodromus Sophiſta & Philiſcus: itémque Iſagoras tragœdiarum ſcriptor; approbatiſſimíque rhetores; vtputa Nicomedes Pergamenus, & Acylas è priſca Galatia, ſeu Gallo-Græcus, & Ariſtænetus Byzantinus: item ex eloquentibus & philoſophantibus, Callæſchrus Athenienſis, & ſuper altari Soſpis, multíque alij mentione digni. Cùm Adriani So-

ΧΡΗΣΤΟΣ.

Τὸν δὲ Βυζάντιον σοφιστὴν Χρῆσον ἀδικεῖ ἡ Ἑλλὰς, ἀμαθοῦντες ἀνδρὸς, ὡς ἄριστα μὲν Ἑλλήνων ὑπὸ Ἡρῴδῃ ἐπαιδεύθη, πολλοὺς δὲ ἐπαίδευσε, καὶ θαυμασίους ἄνδρας. ὧν ἐγένετο Ἱππόδρομός τε ὁ σοφιστὴς, καὶ Φιλίσκος, καὶ Ἰσάγορας ὁ τραγῳδίας ποιητής. ῥήτορές τε εὐδόκιμοι, Νικομήδης ὁ κατὰ Πέργαμον, καὶ Ἀκύλας ὁ κατὰ τῆς ἐώλου γαλατίας, καὶ Ἀριστάνετος ὁ Βυζάντιος· καὶ τῶν ἐλλογίμως φιλοσοφησάντων, Καλλαισχρός τε ὁ Ἀθηναῖος, καὶ ὁ ἐπὶ βωμῷ Σῶσις, καὶ πλείους ἕτεροι λόγου ἄξιοι. παιδεύσαντι δὲ αὐτῷ καὶ σὺν Α-

δριανοῦ δὲ ἐφισοῦ καιροῖς, ἑκατὸν ἐμ- A μισθοι ἀκροαταὶ ἦσαν. ἐξ ἀρίστοι τούτων, οὓς εἶπον. Ἀδριανοῦ γὰρ καθιδρυθέντος εἰς τὴν Ῥώμην, ἐψηφίζοντο μὲν οἱ Ἀθηναῖοι πρεσβεύσασθαι ὑπὲρ Χρήστου, τὸν Ἀθηνήσιν αὐτῷ θεὸν καὶ βασιλέως αἰτοῦντες. ὁ δὲ, ἐσελθὼν ἐς αὐτοὺς συγκλησιάζοντας, διέλυσε τὴν πρέσβευσιν, ἄλλα τε διαλεχθεὶς ἀξιόλογα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν εἶπεν, οὐχ αἱ μυρίαι τὸν ἄνδρα. οἶνος γὰρ ἡπιώμενος, ἐπιφοίτησε θρασύτητι, καὶ εὐχερείᾳ, καὶ ἀγερωχίᾳ, ἣν ὁ οἶνος ἐπὶ τὰς γνώμας τῶν ἀνθρώπων ἄγει. τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ περιῆν τῆς νήφειν, ὡς ἐς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς προβάντος αὐτῷ τοῦ πότου, ἀπούσης οὐδ' ἀπλοίας, πρὶν ὕπνον ἄσασθαι. διεβέβλητο γὰρ μάλιστα πρὸς τοὺς ἀλαζόνας τῶν νέων, καὶ τοὺς χρησιμωτέρους τῶν ἄλλων ὄντας ἐς τὰς ξυμβουλὰς τοῦ μισθοῦ. C Διογένην γοῦν τὸν Ἀμαστριανὸν, ὁρῶν τετυφωμένον ἐκ μειρακίου, καὶ θρασυνόμενα μὲν σατραπείας, θρασυνόμενα δὲ αὐλᾶς, καὶ τὸ ἀρχοῦ βασιλέων ἐπήξειν· λέγοντα δὲ ὡς ὁ δεῖνα Αἰγύπτιος προφήτης αὐτῷ ταῦτα, *ὁ μηδὲ τὰ ἑαυτοῦ σιωπῶν. πρὸς δὲ ἰδέαν τῶν λόγων, πεποικιλμένην μὲν ἐκ τῶν Ἡρώδου πλεονασμάτων, λείπεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἐπιμου, καθάπερ ἐν ζωγραφίᾳ ἡ ἄνθρωπαίων ἐσκιαγραφημένη μίμησις. προῆλθε δὲ ἂν ἐς τὸ ἴσον τῆς ἀρετῆς, εἰ μὴ πεντηκοντούτης ἀπέθανε.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

Πολυδεύκην δὲ τὸν Ναυκρατίτην, καὶ οἶδα εἴτε πεπαιδευμένον δεῖ καλεῖν,

phistæ tempore instituerat, centum ipsi stipendiarij erant auditores; è quibus optimi fuere quos dixi. Adriano autem Romæ constituto, Athenienses senatusconsulto pro Chresto legatum mittendum decreuerant, per quem Athenis sedem oratoriam ei ab Imperatore peterent. Hic cùm veniisset in concionem, legationem dissoluit, tum multa memoratu digna disseruit, tum omnibus pro corollario addidit, *Tot millia virum non faciunt.* B Vino quandoque victus, temulentiæ, promptitudini, & superbiæ, quam in mentes hominum vinum inducere solet, imperabat. Tantum ei superfuit sobrietatis, vt etiam si in galliciniũ vsque conuiuium processisset, antequam somno se traderet, literarum tamen aliquid attingerer. Facessebant ei negotia arrogantes quidã iuuenes, tametsi ad collationem pecuniæ commodiores essent. Cùm itaque Diogenem Amastrianum ab adolescentia fastu elatum videret, ac Satrapias, aulásq; animo agitantem, & ad regum comitatum aspirantem, atque hæc sibi quendam Ægyptium fuisse auguratum dictitantem, *Ne de se ipso quidem (inquit) hic tacere posset.* Orationis eius idea ex iis certe quæ in Herode excellebant, variè fuit exornata: sed in expedita dicendi ratione defecit, non aliter atque in pictura absque coloribus adumbrata imitatio. Ceterum nisi quinquagesimo ætatis anno excessisset, parem Herodi virtutis laudem assecutus fuisset.

POLLVX.

Pollucem Naucratitem an doctum, an indoctum appellare opor-

teat, nondum ſatis compertum habeo : ſiue, quod ineptum fatuúmque eſſe videretur, eruditum ſimul & ignarum. Atenim vocabula eius bene dignoſcenti, conſtat ipſum admodum Attica lingua fuiſſe exercitatum. ei autem qui declamationũ illius genus perſpexerit, nihil melius aliis Attico ſermone ſcripſiſſe viſus fuerit. Hæc porrò ſcire de ipſo opus eſt. Pollux in iudiciali genere ſatis exercitatus fuit: quòd cum patre conuerſatus eſſet, qui controuerſias forenſes percalluit. Sophiſticas orationes magis audacter quàm artificiosè compoſuit, ſuo fretus ingenio : ſedenim optima præditus erat indole. Adriani factus auditor, æquè ab eius virtutibus, atque à vitiis abſtitit. Nam minimè cadit humíve ſerpit, & minimè erigitur. veruntamen quidam ſunt illecebroſi latices orationis præclarè temperatæ. cuius idea in diſſerendo talis: *Proteus Pharius, miraculum Homericũ eſt; multæ quidem eius, diuerſæq; formæ. In aquã attollitur, in ignem accenditur, in leonem excandeſcit, item in ſuem irruit, in draconem, pardalimque aſſilit, & aſſurgit in arborem.* Declamantis eius characterem de Inſulanis effingamus, qui in ſolutionem vectigalium filios vendebant. Hanc quippe controuerſiam optimè tractatam fuiſſe volunt. Epirota filius ad Inſulanum patrem è Babylone ſcribit, *Regi ſeruio, cui à Satrapa dono datus ſum. neque Medicum equum aſcendo, neque arcum Perſicum intendo, neque ad bellum, neque ad venationem, viri more deſcendo. Sed in conclaui mulierum ſedeo, & inter pellices regias quotidie verſor.*

A εἴτε ἀπαίδευτον, εἴθ' ὅπερ οἱ πολλοὶ δόξει, καὶ ἀπαίδευτον καὶ πεπαιδευμένον. συνθυμοῦμαι γὰρ αὐτῷ τὰ ὀνόματα, ἱκανῶς ἐγεγύμναστο τὴν γλῶτταν τῆς Ἀττικιζούσης λέξεως. διοφαντὸς δὲ τὸ σὺν ταῖς μελέταις εἶδος, οὐδὲν βέλτιον ἕτερος ἠττήσατο. τάδε οὖν χρὴ περὶ αὐτοῦ εἰδέναι. Πολυδεύκης τὰ μὲν κοινὰ ἱκανῶς ἤσκητο, πατρὶ ξυνδιατρίβων τοῦ κοινικοὺς λόγους εἰδότι. τοῦ δὲ
B σοφιστικοὺς, τόλμῃ μᾶλλον, ἢ τέχνῃ, ξυνέβαλλε θαῤῥήσας τῇ φύσει. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄρίστα ἐπεφύκει. Ἀδριανοῦ γὰρ ἀκροατὴς γενόμενος ἴσον ἀφέστηκεν αὐτοῦ, καὶ τῶν πλεονεκτημάτων, καὶ τῶν ἐλαττωμάτων. ἤκμασε μὲν γὰρ πίπτει, ἤκμασε δ' αἴρεται, πλὴν ἀλλ' εἰσί τινες ἡδονῶν λιβάδες διακεκραμέναι τοῦ λόγου. ἰδέα δὲ αὐτοῦ διαλεγομένου μὲν ὧδε, ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ομηρικόν. πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί· καὶ γὰρ ἐς ὕδωρ αἴρεται, καὶ ἐς πῦρ ἅπτεται, καὶ ἐς λέοντα θυμοῦται, καὶ ἐς συῶν ὁρμᾷ, καὶ ἐς δράκοντα, καὶ ἐς πάρδαλιν ἅπτει, καὶ δένδρον ἐπὶ γήπτα, κομᾷ. μελετῶντος δὲ αὐτοῦ, χαρακτῆρα ποιώμεθα τοῦ νησιώτας, τοὺς τὰ γήπτα πωρεύσοντας ἐς τὴν ἀναγωγὴν τὴν φόρου, ὑπὲρ βουλόν-
D τας καὶ ἄρξασα εἰρῆσθαι. τὴν δὲ ὑπόθεσιν, ἧς τὸ ὑπὲρ πᾶσιν ὧδε εἴρηται· παῖς ἠπειρώτης ἀπὸ Βαβυλῶνος πατρὶ νησιώτῃ γράφει, Δουλεύω βασιλεῖ, δῶρον τοῦ Σατράπου δοθείς. οὔτε δὲ ἵππον ἀναβαίνω Μηδικὸν, οὔτε τόξον

C

γαμβαίνω Περσικόν. ἀλλ' οὐδὲ ὑπὲρ πόλεμον, ἢ θήραν, ὡς ἀνὴρ, ἐξέρχομαι. ἐν γυναικωνίτιδι δὲ κάθημαι, καὶ τὰς βασιλέως θεραπεύω παλλακάς.

καὶ βασιλεὺς οὐκ ὀργίζεται· Εὐνοῦχος γάρ εἰμι. δοκιμῶ γὰρ ἐν αὐταῖς, θάλατταν Ἑλλωικὴν διηγούμενος· καὶ τὰ τῶν Ἑλλώων μυθολογῶ καλά, πῶς Ἠλεῖοι πανηγυρίζουσι, πῶς Δελφοὶ θεατρίζουσι, τίς ὁ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλεήμων βωμός. ἀλλὰ καὶ σὺ πατήρ μοι, γράφε ποτε παρὰ Λακεδαιμονίοις Ὑακίνθια, καὶ παρὰ Κορινθίοις Ἴσθμια, καὶ παρὰ Δελφοῖς Πύθια, καὶ εἰ νικῶσιν Ἀθηναῖοι ναυμαχοῦντες. ἐρώτησον· καὶ τὸ ἀδελφόν μοι προσαγόρευσον, εἰμή πω πέπραται. ταῦτα μὲν δὴ ὁποῖα τοῦ ἀνδρὸς τούτου σκοπεῖν ἐξεστὶ τοῖς ἀδεκάστως ἀκροωμένοις. ἀδεκάστους δὲ ἀκροατὰς καλῶ, τοὺς μήτε φθόνους, μήτε δύσνους. ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιτόεσσῃ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ἣ καὶ βασιλέα Κόμμοδον θέλξας, τὰ Ἀθήνησι θέατρα πρὸς αὑτὸν εἵλκυσε. ἐβίω μὲν οὖν ἐς ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα ἔτη. ἐτελεύτα δὲ ὑπὸ παιδὶ γνησίῳ μόνῳ, ἀπαιδεύτῳ δέ.

A *& quoniam Eunuchus sum factus, nulla rex suspicione ad iram prouocatur. ac de Græco pelago multa referens, ab illis mulierculis collaudor, quibuscum de Græcorũ rebus præclaris confabulor; quomodo Elij statos ludos celebrant, & quo ritu Delphi sacra faciunt, & quæ apud Athenienses Misericordiæ* ara fuerit. Tu etiam, mi pater, quando Hyacinthia apud Lacedæmonios, & Isthmia apud Corinthios, ac Pythia apud Delphos, peraguntur, & an Athenienses nauali* B *bello victoria potiti sint, ad me scribe. Vale, ac fratrem, si nondum venundatus est, à me saluere iube.* Hæc huiusce viri cõmenta qualianam fuerint, incorruptis auditoribus considerare licet. Incorruptos autem & integros auditores voco, qui neque beneuoli, neque maleuoli fuerint. Dicitur hæc quoque melliflua voce pronunciasse, qua cùm Imperatorem etiam Commodum allexisset, ab eo suggestum Athenis obtinuit. Annis demum octo C & quinquaginta exactis, legitimo, sed indocto superstite filio, è viuis excessit.

ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ.

Καισάρεια ἡ Καππαδοκῶν, ὅρει Ἀργαίῳ πρόσοικος, Παυσανίᾳ τῷ σοφιστῇ οἶκος. ὁ δὲ Παυσανίας, ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ τὸν Ἡρώδου, καὶ τῷ τε Κλεψυδρίῳ μετεχόντων εἰς ἐλπίδα, οὓς ἐκάλουν οἱ πολλοὶ διψῶντας. ἐς πολλὰ δὲ ἀναφέρων τοῦ Ἡρώδου πλεονεκτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοσχεδιάζειν. ἀπήχθετο δὲ αὐτὰ παχέα τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις συνήθης, ξυγκρούων μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχύνοντα. ὅθεν ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα πονηρῶς ἀρτύοντα.

PAVSANIAS.

Cæsarea Cappadociæ Argæo mõti vicina Pausaniæ Sophistæ patria fuit. Eum Herodes edocuit. Vnus autem ex his fuit, qui ex Clepsydrio victum habebant, quos multi Sitientes appellabant. De peculiaribus Herodis virtutibus multa, & D ex tempore dicendi facultatem potissimum retulit. Crassa verò lingua pronunciauit, & Cappadocum more; literas consonantes prorsus collidens, producta corripiens, & correpta producens. Vnde ipsum plerique coquo comparabant, obsonia sumptuosa prauè condienti.

Declamationis idea ſupinior eſt; & valida nihilominus, atque ab antiquo ſtylo prope abeſt, vt ex declamationibus eius coniicere licet. multæ enim extant; quas Pauſanias Romæ declamauit; vbi exacta vita, conſeneſcens deceſſit. Athenienſi etiam auditorio indulſit, & inde recedens aliquando, inſuper omnibus iis quæ apud Athenienſes ediſſeruerat, hæc admodum tempeſtiuè ex Euripide protulit,

Huc verte me Theſeu, vt iterum cernam oppidum.

ἡ μὲν ἰδέα τῆς μελέτης, ὑπτιωτέρα. ἐῤῥωται μὲν ὅμως, καὶ οὐχ ἁμαρτανόντι τοῦ ἀρχαίου, ὡς ὑπάρχει ταῖς μελέταις ξυμβαλεῖν. πολλαὶ γὰρ αὐτοῦ Παυσανίου κατὰ τὸν Ῥώμῃ, ἃς δὴ καταβιοὺς, ἀπέθανε γηραιὸς ἤδη. καὶ μετέχων μὲν τοῦ Ἀθηναίων, ὅτε δὴ καὶ ἀπιὼν οἰκεῖθεν, ἐπὶ πᾶσιν οἷς περὶ τοὺς Ἀθηναίους διεξῆλθε, καὶ εἰωπαλα τὸν τοῦ Εὐριπίδου ἐπεφθέγξατο· Θησεῦ πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω πόλιν.

ATHENODORVS.

Athenodorus Sophiſta, à paterno genere illuſtriſſimus, apud Ænum: à præceptoribus & doctrina clariſſimus Græcorum euaſit. Ariſtoclem adhuc puer audiuit, & cum Chreſto adultior verſatus eſt. Ab vtroque non mediocre eloquentiæ adminiculum accepit; vt & Attico lepore vteretur, & animi ſenſa luculenter exprimeret. Iis quoque temporibus quibus Pollux Athenis docuit. Hunc verò ille, vt in diſſertationibus iuuenilem, cauillatus eſt; *Hi Tantali (inquiens) horti ſunt*. in quo leuem ſuperficialémque orationem imaginationi apparenti, & non exiſtenti comparaſſe mihi videtur. Cùm natura & indole iam grauitatem præ ſe ferret, adhuc in ipſo flore ætatis mortem obiit; à fortuna prohibitus, quo minus ampliorem gloriam adipiſceretur.

ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ.

Ἀθηνόδωρος ὁ Σοφιστὴς, τὸ μὲν ἐς πατέρα ἦκον, ἐπιφανέσταζος ἦν τῷ κατὰ τὸν Αἴνῳ· τὸ δὲ ἐς διδασκάλους, καὶ παίδευσιν, φανερώταζος τοῦ Ἑλληνικοῦ. Ἀριστοκλέους μὲν γὰρ ἤκουσε, παῖς ἔτι· Χρήστου δὲ ἤδη ξυνιείς. ὅθεν ἀπ' ἀμφοῖν ἐκράτει, τὴν γλῶτταν ἀπικίζων τοῦ κακοζηλίας ἑρμηνεύων. παιδεύων δὲ Ἀθήνησι κατὰ χρόνους, οὓς καὶ Πολυδεύκης ἐπαίδευσεν, *ἐπέκοπεν αὐτοῦ τὰς διαλέξεσιν, ὡς μειρακιώδη λέγων, ὁ Ταντάλου κῆπος δοκεῖν ἐμοὶ τὸ κοῦφον τοῦ λόγου, καὶ ἀπόλαιον, φαντασίαν περιφαίνων οὖσαν τε, καὶ οὐκ οὖσαν. ἐμβεβηὼς δὲ καὶ τὸ ἦθος γλυκύθυμος, ἐτελεύτα ἤδη ἐπ', ἀφαιρεθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης καὶ τὸ πρόσω ἐλάσαι δόξης.

* ἐπέκοπεν Ἰο. ἐπέκοπτεν

PTOLEMÆVS.

Illuſtris inter Sophiſtas Ptolemæus Naucratites ſono vocis extitit. Cùm vnus ex his eſſet, qui de templo, quod erat ad Naucratin, parti-

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ.

Λαμπρὸν δὲ καὶ Σοφιστὴς ὁ Πτολεμαῖος ὁ Ναυκρατίτης ἤχησεν. ἦν μὲν γὰρ τῶν μετεχόντων τοῦ ἱερᾶ . . . ὁλιλοις

σημαίνῃ Φιλάνθεφοπά τ, καὶ Αἰμιλιῶν, καὶ καὶ ὀργίλα αὖ, εἰ ἀμελοῖτο. Φοῖ. πείθομαι νὴ τὸν Πρωτεσιλεων, Αμπελουργέ. καλὸν γὰρ ὡς ὁρᾷς καὶ ὁμιλίαν τοιοῦτον ἥρω. Αμ. ἢ ἀδικήσῃς γε ἀπίστων, ξένε, τὸν τ Αμφιαράων, ὃν λέγεται ἡ γῆ σὺν σοφῷ ἀδύτῳ ἔχειν, Αμφίλοχόν τ τοῦτου παῖδα, πλείω ἴσως, ἢ ἐγὼ γινώσκων, οὐ πολὺ ἀπέχων τ Κιλίκων ἠπείρου. καὶ Μάρωνα τὸν τ Εὐάνθους ἀδικοίης ἄν, ἐπιφοιτῶντα ταῖς σὺν Ισμάρῳ ἀμπέλοις, καὶ ἡδυοίνους αὐτὰς ἐργαζόμενον, φυτεύοντά τ, καὶ κυκλοῦντα. οὗτος δὴ ὁρᾶται τοῖς γεωργοῖς ὁ Μάρων καλὸς τ, καὶ ἁβρὸς, καὶ ἀναπνέων πόσιμόν τι, καὶ οἰνώδες. Γινώσκειν δὲ χρὴ καὶ τὰ Θρᾳκὸς Ρήσου. Ρῆσος γὰρ, ὃν σὺν Τροίᾳ Διομήδης ἀπέκτεινε, λέγεται οἰκεῖν τὴν Ροδόπην. καὶ πολλὰ αὐτοῦ θαυμασὰ ἀδουσιν. ἱπποτροφεῖν τε γὰρ φασιν αὐτὸν, καὶ ὁπλιτεύειν, καὶ θήρας ἀπτεσθαι. σημεῖον δὲ τοῦ θηρᾶν τὸν ἥρω, τὸ, τοὺς σοὺς τοὺς ἀγελίους, καὶ τὰς δορκάδας, καὶ ὁπόσα σὺν τῷ ὄρει θηρία, φοιτᾶν πρὸς τὸν βωμὸν τοῦ Ρήσου καὶ δύο, ἢ τρία, θύεσθαι τοῦ οὐδενὶ δεσμῷ ξυνεχόμενα, καὶ προσέχειν τῇ μαχαίρᾳ ἑαυτά. λέγεται δὲ ὁ ἥρως οὗτος, καὶ λοιμὸν ἐρύκειν τοὺς ὅρους. πολυανθρωποτάτη δὲ ἡ Ροδόπη, καὶ πολλαὶ περὶ τὸ ἱερὸν αἱ κῶμαι. ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ βοήσεσθαι ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ συμμαχιῶν ὁ Διομήδης, εἰ τὸν μὲν Θρᾷκα τοῦτον, ὃν αὐτὸς ἀπέκτεινε μηδὲν βιδόκιμον σὺν Τροίᾳ ἐργασάμενον, μηδὲ δεῖξαί τι σφῶν λόγου ἄξιον, πλὴν ἵππων Λευκῶν, εἰ τε ἠγοράσθη. καὶ θύομεν αὐτῷ διὰ Ροδόπης τε, καὶ Θρᾴκης πορευόμενοι. σοὶ δὲ θεῖα

tia significat: rursúsque iracunda, si negligatur. *Phœnix.* Credo per Protesilaum, Vinitor: honestum est enim, vt video, per huiusmodi quoque iurare Heroëm. *Vinitor.* Iniuria vtique afficies, hospes, si non credideris & Amphiaraum, quem tellus sapienti fertur adyto continere: huiúsque Amphilochum filium plura fortasse quàm ego cognoscens: cùm haud procul à Cilicum continente distes: & Euanthis filium Maronem, quæ in Ismaro sunt, vineas frequentantem: & vt suauissimum ferant vinum, efficientem: plantantémque, ac perlustrantem: cùm interea ab agricolis pulcher ac delicioſus spectatur Maro; potabile quid, ac vinolentum spirans. Scire autem opus est quæ & ad Thracem Rhesum spectant. Rhesus enim, quem in Troia Diomedes interfecit, Rhodopen dicitur habitare, multáque ipsum admiratione digna facere canunt. Aiunt enim equos ipsum alere, armatúmque incedere, ac venationi vacare. Quòd autem Heros venetur, indicio esse, quòd apri, ac dorcades, ceteræque in monte versantes feræ ad Rhesi aram, vt immolentur, accedant, nullóque vinculo detentæ cultro seipsas exhibeant. Fertur autē hic Heros pestem quoque à finibus arcere: cùm Rhodope hominum copiosissima sit: multíque circa templum existant pagi. Vnde pro suis ipsius militibus mihi videtur clamaturus Diomedes: si hunc quidem Thracem, quem ipse interfecit, cùm in Troia nihil memoratu dignum gessisset: nihílque illic plurimi faciendum præter candidos equos ostendisset, & esse arbitremur; eíq. per Rhodopē ac Thraciam iter facientes immolemus: ipsos verò, qui præclara, ac diuina

peregerunt facinora, contemnamus: ſuam ipſorum gloriam fabuloſam, temereque iactatam arbitrantes.

Phœnix. Tuæ accedo ſententiæ, Vinitor, nec quiſpiam deinceps huiuſmodi rebus non fidem præſtabit. Hi autem quos bellico more in Phrygio campo incedere aiebas, quando conſpecti ſunt? *Vinit.* Spectantur, inquam, ſpectantur à bubulcis, ac paſtoribus: & quandoque in Telluris cernuntur perniciem. Etenim ſi puluere inſperſi apparent, ariditatem ſignificant regioni. Sin ſudore impleti, diluuia atque imbres præ ſe ferunt. Quòd ſi ſanguis circa ipſos aut arma ſpectentur, morbos Ilio remittunt. Cùm verò horum nihil circa ſimulachra cernatur, bona iam adducunt tempora. Itaque immolant ipſis tunc paſtores: hic quidem agnũ, hic verò taurum, ille pullum, alius ex iis quæ paſcit aliquid. Quæcunque autem greges inuadunt contagia, omnia ab Aiace propterea (vt puto) aiunt proficiſci, quòd cùm iudicij cauſa inſaniret, greges pro Græcis dicatur trucidaſſe. Nec quiſquam circa ſepulchrum quicquam herbæ metu paſcit. Peſtifera enim ac paſtu pernicioſa naſcitur. Fama eſt Troianos quandoque paſtores pecudibus ſibi ægrotantibus contumeliosè in Aiacem ſeſe geſſiſſe: qui cùm ſepulchrum circunſtetiſſent, modò Hectoris, modo Troiæ, nonnunquam gregum hoſtem appellabant. Et hic quidem inſania fuiſſe correptum: hic verò inſanire dicebat. At paſtorum petulantiſſimus, Aiax autem haud amplius manebat, hucuſque Homeri verſum in ipſum vt pote timidum ca-

A τε, ἢ λαμπρὰ εἰργασμένους ἔργα, ἀπομάζομαι, μυθώδη τιὰ περὶ αὐτῶν δόξαν ἡγούμενοι, καὶ κεκομπασμένως. Φοῖ. μὴ σύ γε λοιπὸν, Ἀμπελουργέ, τάπιθι ἐμαυτὸν, καὶ οὐδεὶς ἔτι τοῖς τοιούτοις ἀπιστήσει. οἱ δὲ σὺν τῷ πεδίῳ τῷ σὺν Ἰλίῳ, οὓς ἔφασκες τὸν μάχιμον ζῆτον δι' αὐτῶν σείεσθαι, ποτὲ ὤφθησαν; Αμ. ὀφθῆναι δή, ἔφην, ὀφθῆναι ἔτι βουκόλοις τε τοῖς σὺν τῷ πεδίῳ, καὶ νομεῦσι, μεγάλοι, καὶ θεῖοι, καὶ θεσπέσιαι ἔστιν ὅτε ἐπὶ κακῷ τῆς γῆς. εἰ μὲν γὰρ κεκονιμένοι φαίνοιντο, αὐχμοὺς ἀπειπαίνοισι τῇ χώρᾳ. εἰ δὲ ἱδρῶτος πλέοι, καταβρυσμοὺς τε, καὶ ὄμβρους. εἰ δὲ αἷμα περὶ αὐτοῖς, ἢ τοῖς ὅπλοις φαίνοιτο, νόσους τῷ Ἰλίῳ ἀναπέμποισιν. εἰ δὲ μηδὲν τούτων περὶ τοῖς εἰδώλοις ὀφθείη, ἀγαθὰς ἤδη ἄγεσι τὰς ὥρας, καὶ σφάττουσιν αὐτοῖς

C τότε οἱ νομεῖς, ὁ μὲν, ἀρνα, ὁ δὲ, ταῦρον, ὁ δὲ, πῶλον, ὁδὶ δὲ ἄλλο τι, ὧν νέμει. Φθορὰς δὲ, ὁπόσαι περὶ τὰς ἀγέλας γίγνονται, πάσας ἐξ Αἴαντος ἥκειν φασίν. οἷμαι διὰ τὸ σὺν τῇ μανίᾳ λόγον, ὅτε δὴ ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν, διαφορήσαι σφᾶς, οἷς κτείνων τοὺς Ἀχαιοὺς ἔπαυσε τῆς κρίσεως. καὶ οὐδὲν νέμει περὶ τὸ σῶμα ἑδεῖς, φόβῳ δὲ πᾶς, νοσώδης δὲ δὴ ἀναφύεται, καὶ πονηρὰ βόσκεται. ἔστι

D δέ τις λόγος, ὡς Τρῶές ποτε ποιμένες ἐς τὸν Αἴαντα ὑβρίζον, νεωστὶ κοπτὸν αὐτοῖς πρὸ πολέμων. καὶ θεασάντες τὸ σῆμα, πολέμιον μὲν Ἕκτορα τὸν ἥρωα ἐκάλουν, πολέμιον δὲ Τροίας τε, καὶ ποιμνίων. καὶ ὁ μὲν, μανιῶσαι αὐτόν. ὁ δὲ, μαίνεσθαι. ὁδὶ δὲ ἀτελέστατος τῶν ποιμένων, Αἴας δὲ ἔτι ἔμιμνε. μέχρι τούτου τὸ ἔπος αὖτις ἐπερραψῳδεῖτο, ὡς

δηλοῖ. ὁ δ', ἀλλὰ ἔμιμνον, εἶπε, βοήσας
σὺν τάφῳ φρικώδες τι, καὶ ὄρθιον. λέ-
γεται δὲ καὶ δουπῆσαι τοῖς ὅπλοις, οἷς ἐν
ταῖς μάχαις εἰώθει. τὸ μὲν δὴ κακο-
δαιμόνων ἐκείνων πάθος, οὐ χρὴ θαυ-
μάζειν, εἰ Τρῶές τε, καὶ νομεῖς ὄντες, ἐξε-
πλάγησαν ὁρμὴν Αἴαντος. καὶ οἱ μέν,
ἔπεσον αὐτῶν· οἱ δ', ἔδεισαν. οἱ δὲ, ὡχρον-
το φεύγοντες, οὗ ἐποίμαινον. τὸν δ' Αἴ-
αντα θαυμάσαι ἄξιον. ἀπέκτεινε γὰρ
οὐδένα αὐτῶν, ἀλλὰ τὴν ὠμοινίαν, ἣν
ἐχρῶντο, ἐκαρτέρησε, μόνον ἐνδεξάμε-
νος αὐτοῖς τὸ ἀκούειν. ὁ δὲ Ἕκτωρ, καὶ ἐ-
γίνωσκεν, οἶμαι ξένε, τὴν ἀρετὴν ταύ-
την. ὑβρίσαντος γὰρ ἐς αὐτὸν μειρα-
κίου τινὸς πρῶτα, ἰδιώτου δ' ὡς φασι κομιδῇ
νέου, καὶ ἀπαιδεύτου, ὥρμησεν ἐπὶ τὸ
μειράκιον αὐτὸς, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸ
σὺν ὁδῷ, ποταμῷ τὸ ἔργον ὠφελεῖς.
Φοῖ. ἀγνοοῦντι λέγεις, Ἀμπελουργέ, καὶ
σφόδρα σὺ πεπλημμελῶς τὸν λόγον. ὡμ-
μιλῶ γὰρ μηδαμοῦ φαίνεσθαι τὸν ἥρω
τοῦτον. καὶ ὁπότε μοι τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀ-
πήγγελλες, ὑπῆλγουν τὸν Ἕκτορος, εἰ μή
τε ἐρώτης ὑπὲρ αὐτοῦ λέγει, μήτε αἰπό-
λος, ἀφανὴς ὢν τοῖς ἐκεῖ ἀνθρώποις,
καὶ ἀτεχνῶς κεῖται. ὥστε μοὶ γὰρ τοῦ Πά-
ριδος, οὐδ' ἀκούειν ἀξιῶ οὐδέν· διὰ ὃν
τοιοῦδε, καὶ τοσοῦδε ἔπεσον. ὥστε ἂν τοῦ Ἕκ-
τορος (ὃς ἔρεισμα μὲν τῆς Τροίας, καὶ τοῦ
ξυμμαχικοῦ παντὸς ἦν, ἵπποις δὲ ξυ-
νεῖχε τέτρασι, δ μηδεὶς τῶν ἡρώων ἕ-
τερος, τάς τε τῶν Ἀχαιῶν κατεπίμπρη
ναῦς, ἐμάχετο δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁμοῦ παν-
τας, ἐφορμῶντας δὲ, καὶ ξυνταπομένους
ἐπ' αὐτὸν) καὶ αὖ ἑτοίμως γε, τί δ' οὐκ ἂν
ἀκούσαιμι χαίρων, εἰ μὴ διαπεσὼν αὐτὰ, μηδ' ἀμελῶς λέγοις. Αμ. ἄκουε δὴ

A nebat. Ipſe verò: at manebam, inquit: horrendum quid atque arduũ ex tumulo clamitans. Dicitur præterea & armis obſtrepuiſſe, vt in præliis conſueuerat. quod autem infelices illi paſſi ſint, minimè admirari oportet: Si quidem Troiani, ac paſtores exiſtentes, Aiacis impetu perculſi ſunt, & ipſorum quidem partim cecidere: partim timuere: nonnulli verò vbi paſcebant, aufugerunt. Aiax autem admiratione dignus eſt. Ipſorum enim ne- B minem occidit, quinimò qua vſi fuerant, contumeliam patienti ſuſtinuit animo: cum ipſis ſe tantùm audire indicaſſet. Hector vero (vt puto hoſpes) hanc ignorabat virtutem. Superiore namque anno ab adoleſcentulo quodam admodum (vt ferunt) iuuene, ac rudi, affectus contumelia, in adoleſcentulum irruit: ipſumque in via interfecit, flumini facinus adſcribens. *Phœnix.* Ignoranti dicis, Vinitor, oratio- C némque admiranti. Nuſquam enim Heroëm hunc apparere cenſebam. Et cùm mihi Græcorum res nunciabas, Hectoris vicem dolebam. Si quidem neque arator, neque *æ- *capra-polus de ipſo quicquam narrat: illóſque homines latet, ac planè iacet. Nam de Paride cuius cauſa tales ac tanti cecidere, nihil penitus audire dignum cenſeo. De Hectore vero nonne & libenter percun- D ctabor, & lætus audiam? niſi hæc pertranſieris, ac negligenter dixeris. Quippe qui & Troiæ, & totius auxilij erat columen: quadrigis autem quibus Heroum nullus alius vtebatur, Græcorúmque naues comburebat, & aduerſus pariter omnes in ipſum ſtructa acie irruentes pugnabat. *Vinitor.* Audi igitur

tur plura. Quandoquidem hoc esse haud negligenter dicere autumas. Quæ enim Ilij est Hectoris statua, semideum refert hominem, multósque præsefert affectus, si quis diligenter accuratéque spectauerit. Etenim elata est, ac terribilis, alacríque, & cum mollitie vigens, & absque vlla coma pulchritudo. Est autem vsque adeò spirans, vt ad se tangendam spectatores attrahat. Hæc in circumspecto quidem Ilij loco erecta est. Multa verò cùm publicè, tum priuatim operatur bona. Vnde ipsi supplicant, & sacrificij vice certamen celebrant. Quando iam adeò feruida efficitur atque Enagonios*, vt ex ipsa defluat sudor. Adolescens itaque Assyrius Ilium profectus, conuicio Hectorem prosequebatur: currus, quibus ab Achille quondam tractus est, ipsi obiiciens. Aiacísque lapidem quo petitus aliquandiu exanimatus iacuit: & quòd Patroclum primùm fugerit, nec ipsum interfecerit, sed alij. Hectoris autem statuam transmutabat. Achillis enim ipsam esse dicebat: post comam Patrocli causa abscissam. His expletum conuiciis adolescentem Ilio expulit, & priusquam decem inde abesset stadia, amnis adeò breuis, vt ne nomen quidem in Troia adhuc sortitus esset, ingens ex paruo attollitur: &, vt qui diffugerunt comites retulere, magnus atque armatus amni præcedebat miles, barbara ac vehementi ipsum exhortans voce: vt in eam viam aquam flecteret, qua haud magnas adolescens agitabat quadrigas, quas vnà cum adolescente vociferante, & Hectorem in posterum cognituro, cùm amnis surripuisset, in suum ipsius abduxit alueum. Itaque eum

v. certamini addicta.

* capraeus,

πλεόνων, ἐπειδὴ τοῦτο ἡμῖν τὸ μὴ ἀμελῶς φράζειν. τὸ γὰρ ἐν Ἰλίῳ ἄγαλμα τοῦ Ἕκτορος, ἡμιθέῳ αὐθρώπῳ ἔοικε, καὶ πολλὰ ἤθη ἐμφαίνει τῷ θεωροῦντι αὐτὸ ξυνὼ ὀρθῶς λέγω. καὶ γὰρ φρονήματῶδες δοκεῖ, καὶ γοργὸν, καὶ φαιδρὸν, καὶ ξυνὼ ἀβρότητι σφριγῶν, καὶ ἡ ὥρα μετ' οὐδεμιᾶς κόμης. ἔστι δ' ὅπως καὶ ἔμπνουν, ὡς τὸ θεατὰς ἐπισπάσασθαι δύνασθαι. τοῦτο ἵδρυται μὲν ἐν εὐδοκίμῳ τοῦ Ἰλίου. πολλὰ γὰρ ἐργάζεται χρησιμὰ, κοινῇ τε, καὶ εἰς ἕνα. ὅθεν εὐχόμενοι αὐτῷ, καὶ ἀγῶνα θύουσιν, ὅτε δὴ θερμὸν οὕτω, καὶ ἐναγώνιον γίνεται, ὡς καὶ ἱδρῶτα ἀπ' αὐτοῦ λείβεσθαι. μειρακίσκος οὖν Ἀσσύριος, ἦκον ἐς τὸ Ἴλιον, ἐλοιδορεῖτο τῷ Ἕκτορι, προφέρων αὐτῷ καὶ τὰς τοῦ ἅρματος, ἃς ὑπὸ Ἀχιλλέως ποτὲ ἐς αὐτὸν ἐλύετο, καὶ τὸν Αἴαντος λίθον, ᾧ βληθεὶς, ἀπέθανε μόλις βραχύ. καὶ ὡς Πάτροκλον τὰ πρῶτα ἔφυγε, καὶ ὡς οὐδὲ ἀπέκτεινεν, ἀλλὰ ἕτεροι. μετεποιεῖτο δὲ καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἕκτορος. Ἀχιλλέως γὰρ ἔφασκεν εἶναι αὐτὸ μετὰ τὴν κόμην, ἣν ἐκείρατο ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ. τούτων ἐμφορηθὲν, ἐξήλασεν ἐκ τοῦ Ἰλίου, καὶ πρὶν ἢ δέκα παρελθεῖν σταδίους, ποταμὸς οὕτω βραχὺς, ὡς μηδὲ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τῇ Τροίᾳ εἶναι, μέγας ἐκ μικροῦ ἄφνω, καὶ ὡς ἀπήγγελλον οἱ διαφυγόντες τὴν ὁπαδῶν, ὁπλίτης ἡγοῖτο τοῦ ποταμοῦ μέγας, βραχὺ βυόμενος αὐτῷ βαρβαρῳ τῇ φωνῇ, καὶ σφοδρᾷ, ἐπιστρέφειν τὸ ὕδωρ ἐς τὴν ὁδὸν, δι' ἧς τὸ μειρακίσκιον ἤλαυνεν ἐπὶ τεττάρων ἵππων ἀ μεγάλων. οὐ ὑπολαβὼν ὁ ποταμὸς ὁμοῦ τῷ μειρακίῳ, βοῶντί τε, καὶ ξυνιέντι λοιπὸν τοῦ Ἕκτορος, ἀπήγαγε ἐς τὰ ἑαυτοῦ ῥεῖθρα.

ἀπώλεσεν, ὡς μηδὲ αἰδέσας ξυγχωρῆσαι τὸ σῶμα· ὤχετο γάρ πού οἶδ' ὅποι ἀφανισθέν. Φο. οὔτε τὸν Αἴαντα χρὴ θαυμάζειν, Αμπελουργέ· καρτερῆσαντα τὰ ἐκ τῶν ποιμένων, οὔτε τὸν Ἕκτορα ἡγεῖσθαι βάρβαρον, μὴ ἀναδόμενον τὰ ἐκ τῶν μειρακίων. τοῖς μὲν γὰρ καὶ συγνώμη ἴσως. Ⓐ Τεθρῆς ὄντες, ἔπι καὶ πονηρὸς ἐχόνων σφίσι τῶν ποιμένων, ἐπεπήδων τῷ τάφῳ. μειρακίῳ δὲ Ασσυρίῳ πομπεύοντι ἐς Ⓑ τὸν Ιλιέα ἥρω, τίς ἂν συγνώμη; οὐ γὰρ δὴ Ασσυρίοις τε, καὶ Τρωσί, πόλεμός ποτε ἐγένετο, οὐδὲ τὰς ἀγέλας σφῶν ὁ Ἕκτωρ ἐπόρθησεν, ὡς τὰς τῶν Τρώων ὁ Αἴας. Αμ. πεπονθέναι τι ποιεῖς τὸν Ἕκτορα δοκεῖς, ὦ ξένε, καὶ σὺ ἀξιῶ διαφέρεσθαι. ἀλλ' ἐπανίωμεν ἐπὶ τὰ τοῦ Αἴαντος. ἐκεῖθεν γὰρ οἶμαι πῶς ἐκβολίῳ ἐς λόγου πεποιῆσθαι. Φοῖ. ἐκεῖθεν, Αμπελουργέ. καὶ ὡς δοκεῖ ἐπανίωμεν. Αμ. πρόσεχε οὖν, ξένε. νηός ποτ' ὁρμισαμένης εἰς τὸ Αἰάντειον, δύο τῶν ξένων περὶ τὸ σῆμα τοῦ ἥλυόν τε, καὶ πεττοῖς ἔπαιζον. ἐπισὰς δὲ ὁ Αἴας, πρὸς θεῶν, ἔφη, μεταθέσθε μὲν τὴν παιδιὰν ταύτην. ἀναμιμνήσκει γάρ με τῶν Παλαμήδους ἔργων σοφοῦ τε, καὶ μάλα ἐπιτηδείου μοι ἀνδρός. ἀπολώλεκε δὲ κἀμὲ, κἀκεῖνον, ἐχθρὸς εἷς, ἄδικον δικὴν ἐφ' ἡμᾶς κρίσιν. Φοῖ. δεδάκρυκα νὴ τὸν ἥλιον, Αμπελουργέ. τὰ γὰρ ἀμφοῖν πάθη, ὁμοπλησιά τε, καὶ ἐοικότα εἰς ὄνοιαν. Ἀγαθῶν μὲν γὰρ κοινωνία πίκτει ποτὲ καὶ φθόνον. ὅσοι δ' ἂν κοινωνήσωσι συμφορῶν, ἀγαπῶσιν ἀλλήλοις, τὸ ἔλεον τῷ ἐλέῳ ἀντιδιδόντες. Παλαμήδους δὲ καὶ εἴδωλον ἔχοις ἂν

A perdidit, vt ne corpus quidem recipere permitteret. Nam nescio quò profectum euanuit. *Phœnix*. Neque Aiacem admirari oportet, Vinitor, quòd pastorum contumelias æquo animo tulerit: neque Hectorem esse barbarum existimare, quòd adolescentis conuicia nequiuerit sustinere. His enim & venia fortasse danda est, qui cùm Troiani essent, pecudésque sibi malè haberent, tumulo insultabant. At adolescenti B Assyrio in Troianum Heroëm conuicia iactanti, quænam venia danda esset? neque enim inter Assyrios ac Troianos vllum vnquam gestum est bellum, neque ipsorum greges Hector diripuit, vt Troianorum Aiax. *Vinitor*. Affectu quodam erga Hectorem moueri videris, hospes, nec cum ipso dissidium exercere dignum censeo. Cetcrùm ad Aiacis gesta redeamus: illinc enim nostra (vt puto) digressa est oratio. *Phœnix*. Illinc, Vinitor, &, vt videtur, reuertamur. *Vinitor*. Ad- C uerte igitur, hospes. Appulsa quandoque Aiacis tumulo naui, externorum duo pro sepulchro exultabant, ac tesseris ludebant: quibus adsistens Aiax, Per Deos (inquit) hunc mutate ludum. Palamedis enim & sapientis, & mihi oppidò quàm necessarij facinora in mentem reducit. Perdidit autem tam me quàm illum inimicus vnus, i- D niquum in nos machinatus iudicium. *Phœnix*. Lachrymas effudi per Solem, Vinitor. Nam quæ vterque passus est, similia sunt, & ad beneuolentiam conuenientia. Bonorum etenim communicatio, inuidiam quoque plerunque parit. Quicunque verò calamitates communicauerint, mutua se inuicem diligunt miseratione. Sed potésne quempiam dicere, qui Palamedis

in Troia ſimulachrum viderit? *Vinitor.* Quæ quidem ſpectantur ſimulachra, nondum cuia ſingula ſint, conſtat. Multa namque: & alius aliud, ſpecie præterea, atque ætate, armíſque inuicem mutantur. Huiuſcemodi tamen de Palamede audio. Erat Ilij agricola: idem quod ego quandoque faciens. Is Palamedis calamitatem iniquo animo ferebat: & ad litus profectus, iuxta quod lapidibus ab Achiuis dicitur petitus, ipſum lugebat, & quæcunque ſepulchris lege ſanciunt homines, pulueri offerebat, vitiúmque ſuauiſſimas ipſi deligens vini poculum exprimebat, & vnà cum Palamede bibere dicebat, cùm ab operibus quieſceret. Erat autem ipſi & canis, qui arte quadam blandiens hominibus inſidiabatur. Hunc Vlyſſem appellabat, & Palamedis cauſa hic cædebatur Vlyſſes: mala exaudiens infinita. Statuit autem hunc quandoque adire amatorem, aliquóque afficere beneficio. Itaque cùm viti vacaret, genúque ipſius mederetur, aſſiſtens ipſi Palamedes, Ecquid me noſti (inquit) agricola? quo pacto reſpõdit, quem nondum vidi? Quid igitur (inquit) amas, quem minimè noſti? Intellexit agricola eſſe Palamedem: & ſpeciem ad ingentem Heroëm pulchrúmque, ac virilem referebat, nondum triginta annos nàtum: ipſumque ridendo amplectens, Diligo te (inquit) ô Palamedes, quòd mihi hominum ſapientiſſimus: & in iis quæ ad ſapientiam pertinent, æquiſſimus athleta fuiſſe videaris: & ob Vlyſſis in te fraudes, ab Achiuis miſeratione digna perpeſſus. Cuius tumulus ſi quis hîc eſſet, defoſſus iam diu à me fuiſſet. Sceleſtus

A πνα εἰπεῖν ἐωρακότα σὺ Τροίᾳ; Αμ. τὰ μὲν ὁράματα εἴδωλα, οὔπω δῆλα ὅτου ἕκαστον. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλο ἄλλα. διαλλάττει γὰρ ἀλλήλων καὶ ἰδέᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ ὅπλοις. ἀκούω γὰρ ὅμως καὶ περὶ τοῦ Παλαμήδους τοιαῦτα. ἐγὼ γεωργὸς ἐν Ιλίῳ, ταυτόν ποτέ μοι καὶ ἐγώ. ὃς ἐπεπόνθει τὰ πρὸς τὸ τοῦ Παλαμήδους πάθος, καὶ ἐφιλοῦ αὐτόν, ἥκων ἔτι τὸν
B ἤδονα, πρὸς ἣ λέγει ὑπὸ τῶν Αχαιῶν βεβλῆσθαι. καὶ ὁπόσα νομίζουσιν ἔτι σημάτων ἀνθρωποι, ἐπέφερε τῇ κόνεται τε ἡδίους τῶν ἀμπέλων ἐξαίρων αὐτῷ, κρατῆρα ἐπὶ ζυγὰ. καὶ ξυμπίνειν τῷ Παλαμήδει ἔφασκεν, ὅτ' ἀναπαύοιτο τῶν ἔργων. λύων γὰρ αὐτῷ καὶ κύων, τέχνῃ αἰκάλλων, καὶ ὑποκαταμύων ὑπὸ ἀνθρώπους. τοῦτον Οδυσσέα ἐκάλει, καὶ ἐπαίετο ὑπ' αὐτοῦ Παλαμήδους ὁ Οδυσσεὺς ὑπὸ, πρεσβεύων καὶ μισέλα. δοκεῖ γὰρ τῷ Παλαμήδει ἔτι φοιτῶντί ποτε τῷ ἑρκείῳ τούτῳ, καὶ ἀγαθόν τι αὐτῷ δοῦναι. καὶ δῆτα ὁ μὲν, πρὸς ἀμπέλῳ τινὶ λύων, γόνυ αὐτοῦ ἰώμενος. ὁ δὲ, ἔτι σας αὐτῷ, σὺ γινώσκεις με, ἔφη, γεωργέ; καὶ πῶς, εἶπεν, ὃν οὔπω εἶδον. πῶ οὖν, ἔφη, ἀγαπᾷς ὃν μὴ γινώσκεις; ξυνεῖπεν ὁ γεωργὸς, ὅτι ὁ Παλαμήδης εἴη· καὶ τὸ εἶδος ἐς ἥρω ἀνέφερε μέγα τε, καὶ
D καλὸν, καὶ ἀνδρεῖον, ὅπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα. καὶ περιβαλὼν αὐτὸ μειδιῶν, φιλῶ σε, ὦ Παλάμηδες, εἶπεν, ὅτι μοι δοκεῖς φρονιμώτατος ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ δικαιότατος ἀθλητὴς, τὸ καὶ σοφίᾳ περιμάχητον. πεπονθέναι τε ὑπὸ τῶν Αχαιῶν ἐλεεινὰ, διὰ τὰς Οδυσσέως ἐπὶ σοὶ τέχνας. ὧν τάφος εἰ τις ἦν αὐτοῦ, ἐξωρόρυκτ' ἂν ὑπ' ἐμοῦ πάλαι. μαρὸς

γὰ, ἢ ναχίων τ̃ κυνὸς, ὃν ἐπ' αὐτῷ τρέφω. φθονῶμεν λοιπὸν τῷ Ὀδυσσέως ὁ ἥρως, ἔφη. τούτων γὰ ἐπραξάμην αὐτὸς δίκας ἐγὼ ἐν ᾅδου. σὺ δ', ἐπειδὴ φιλεῖς τοὺς ἀμπέλους, εἰπέ μοι τί μάλιστα ὠφελεῖ αὐτὰς δέδοικας. πρὸς ἄλλο γε, εἶπεν, ἢ τὰς χαλάζας, ὑφ' ὧν σπυφλῶνται τ', & ῥήγνυνται. ἰμανὰ τοίνυν, εἶπεν ὁ Παλαμήδης πρὸς ἁπάντων μᾶλλον τῶν ἀμπέλων, & οὐ βεβλήσονται αἱ λοιπαί. Φοῖ. Σοφός τε ὁ ἥρως, Ἀμπελουργέ, καὶ ἀεί τι βουλόμενος ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις. Ἀχιλλέως δὲ τί περὶ, τί ἂν εἴποις, ξένον γὰ πρότερον τ̃ Ἑλλήνων παντὸς ἡγούμεθα. Ἀμ. τὰ μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, ξένε, εἰ μή πω ἐς αὐτὸν πέπλευκας, καὶ ὅσα σὺ τῇ ἐκεῖ νήσῳ λέγεται πρεσβεύειν, ἐγώ σοι ἀπαγγελῶ ὕστερον ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ, μακροτέρῳ ὄντι. τὰ δὲ σὺ Ἰλίῳ, θαρρήσια τοῖς ἄλλοις ἥρωσι. καὶ γὰρ προσδιαλέγεταί τισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ, καὶ θηρία διώκει. ξυμβάλλοντι δ' αὐτῷ Ἀχιλλέα εἶδος, τῆ τ' ὥρᾳ τ̃ εἴδους, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ ἀστραπῇ τ̃ ὅπλων. κατόπιν δ' αὐτοῦ, ζάλη ἀνέμων εἱλεῖται, πομπὸς τοῦ εἰδώλου. ἔπληξέ με ἡ φωνὴ, ξένε, τῶν τοιούτων μνημονεύοντα. καὶ γάρ τι καὶ περὶ Ἀντιλόχου ἄδουσιν, ὡς κόρη Ἰλιὰς ποιτῶσα ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον εἰδώλῳ τ̃ Ἀντιλόχου συνέτυχε, καὶ προσέκειτο τῷ σώματι, ἐρῶσα τ̃ εἰδώλου, καὶ ὡς βουκόλοι μειράκια περὶ τὸν Ἀχιλλέως βωμὸν ἀστραγαλίζοντες, ἀπέκτεινεν ἂν ὁ ἕτερος τῇ καλαύροπι πλήξας τ' ἕτερον, εἰ μὴ ὁ Πάτροκλος αὐτοῦ διεπόησεν. ἀρκεῖ μοι εἰπὼν ὑπὲρ ἀστραγάλων αἴνιγμα σύ. γνώσεσθε δὲ ὑμεῖς

A est enim : ac cane, quem ipsius causa alo, deterior. Parcamus in reliquum Vlyssi, inquit Heros. Horum namque apud inferos ab eo accepi pœnas. Tu autem postquam vites diligis, dic mihi, quid maximè ipsis times? Quid nam aliud (inquit) quàm grandines, à quibus occæcantur, ac franguntur? Vitium vni (inquit Palamedes) lorum applicemus, & ceteræ grandinibus
B haudquaquam petentur. *Phœnix*. Sapiens vtique est heros, Vinitor, sempérque boni aliquid hominibus excogitat. De Achille autem quid dices? Hunc enim omnium Græcorum maximè diuinum arbitramur. *Vinitor*. Quæ quidem in Ponto, hospes, si nondum ad ipsum nauigasti: quæque in insula ibi existente agere dicitur, ego tibi in prolixiore de ipso oratione postea referam. Quæ verò in Troia, ab
C aliis nequaquam differunt Heroibus. Etenim nonnullos adit, atque alloquitur, feráſque insequitur: quòd autem sit Achilles, cùm speciei pulchritudine, tum magnitudine, atque armorum fulgore coniiciunt. Post terga autem ipsius, ventorum procella simulachri comes volutatur. Deficiet me vox, hospes, talia memorantem. Etenim de Antilocho quoq; canunt, quòd scilicet puella Ilias ad Scamandrum
D proficiscēs Antilochi simulachrum alloquatur: ipsiúsque amore capta corpori inhæreat, quódque bubulci adolescentes, dum circa Achillis aram talis luderent, alter pedo alterum percutiens occidisset, ni ipsos Patroclus deterruisset: mihi satis est dicens vnus pro talis sanguis. Licet autem hæc cùm ex

bubulcis, tum ex Ilium incolentibus percipere. Eorum enim vtimur commercio, vt pote Heleſpontiaci oſtij ripas habitantes: & fluuium, vt vides, mare facientes. Age hoſpes, iam clypeum reſumamus, quem neque ab Homero, neque à cæteris fuiſſe cognitum poëtis aſſerit Proteſilaus. *Phœnix.* Exoptanti mihi reddis, Vinitor, iſtum de clypeo ſermonem, eſt enim (vt puto) auditu rarum. *Vin.* Rariſſimum, quare animaduertens audi. *Phœnix.* Animaduertens, inquis? ne feræ quidem in Orphéum canentem ſic inhiauerant: vt te audiens ego & aures arrigo, & mente inuigilo, omniáque ad memoriam colligo. Exiſtimo autem, me ex iis vnum eſſe, qui ad Troiam militarunt, vſque adeò à Semidiis de quibus differimus, detentus ſum. *Vinitor.* Poſtquam igitur ita ſentis, ex Aulide ſoluamus, ô hoſpes: nam quod illic collecti fuerint Græci, verum eſt. Orationis autem ingreſſus atque initium Proteſilao dedicetur, quòd Myſiam quidem tunc Telepho ſubditam, priuſquam Troiam diripuerint Græci: Telephúſque pro ſuis dimicans, ab Achille fuerit vulneratus, licet tibi & à Poëtis audire: neque enim hæc ab ipſis omiſſa ſunt. At credere quòd Græci regionem ignorantes, Priami res ſe depopulari arbitrarentur, Homeri de Calchante vate redarguit ſermonem. Nam ſi ad vaticinium nauigabant: & artem ipſam ducem faciebant, quónam pacto illuc inuiti appulſi ſunt, aut aduecti, quòd ad Troiam irent, ignorarunt: cùm præſertim multis & bubulcis & paſtoribus occurrerent. nam hæc

A ταῦτα, ⸂καὶ παρὰ τῶν βυκόλων, καὶ παρὰ⸃ τῶν οἰκούντων τὸ Ιλιον. ἐπιμίγνυμεν γὰρ ἀλλήλοις ἔτι τὰς ὄχθας οἰκοῦντες τὸν τοῦ Ελλησπόντου κόλπον, καὶ ποταμὸν ὡς ὁρᾷς πεποιημένοι τὴν θάλατταν. ἀλλ' ἤδη, ξένε, τὴν ἀσπίδα ἤδη ἀναλάβωμεν, ἣν ὁ Πρωτεσίλεως Ομήρῳ τε ἠγνοῆσθαί φησι, καὶ ποικίλης πᾶσι. Φο. ποθοῦντι ἀποδίδως, Αμπελουργέ, τὸν περὶ αὐτῆς λόγον. ἀκουστὸν γὰρ οἶμαι διακέσεσθαι. Αμ. ἀκουστότατον. καθεστήκων δ', ἀκροῶ. Φοῖ. καθεστήκων λέγεις; οὐδὲ τὰ θηρία ἐς τὸν Ορφέα οὕτως ἐκέκτηνται ἡδονῆς, ὡς ἐγὼ σοῦ ἀκούων, τά τε ὦτα ἵστημι, καὶ τὸν νοῦν ἐγείρομαι, καὶ ξυλλέγομαι ἐς τὴν μνήμην πάντα. ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ Τροίαν ἐκστρατείαν τοιόνδε εἶναι. τοσοῦτον κατέγνωμαι τοῖς ἡμιθέοις ὑπὲρ ὧν διαλεγώμεθα. Αμ. ἀκούω ἐπειδὴ φρονεῖς οὕτως, αἴρωμεν δὲ Αὐλίδος, ὦ ξένε. τὸ γὰρ ἐκεῖ σωφλέχθαι ὀφᾶς, ἀληθές. τὰ δ' ἐμβατήρια τοῦ λόγου τῷ Πρωτεσίλεω δύχθω. ὡς μὲν δὴ τὴν Μυσίαν πρὸ Τροίας οἱ Αχαιοὶ ἐπόρθησαν ἐπὶ Τηλέφῳ τότε οὖσαν, καὶ ὡς ὁ Τήλεφος ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ μαχόμενος, ἐτρώθη ὑπὸ τοῦ Αχιλλέως, ἔστι σοι καὶ ποιητῶν ἀκούειν. οὐ γὰρ ἐκλέλειπται αὐτοῖς ταῦτα. τὸ δ' ὅτι δύνασθαι ὡς ἀγνοήσαντες οἱ Αχαιοὶ πλοῦν χώραν, τὴν τοῦ Πριάμου ἀρχὴν τε, καὶ φέρειν ὥρμουν, διαβάλλει τὸν τοῦ Ομήρου λόγον, ὃν περὶ Κάλχαντος λέγει τοῦ μαντέως. εἰ γὰρ ἐπὶ μαντικῇ ἔπλεον, καὶ τὸν τέχνῃ ἡγεμόνα ἐποιοῦντο, πῶς ἂν ἄκοντες ἐκεῖ καθορμίσθησαν;

πῶς δ' ἂν καθορμισθέντες, ἠγνόησαν ὅτι ἐς Τροίαν ἥκοιεν; καὶ ταῦτα, πολλοῖς μὲν βουκόλοις ⸂ἐντετυχηκότες, πολλοῖς δ' ἂν ποιμέσι· νέμεται γὰρ ἡ⸃

χώρα μέχρι θαλάττης, καὶ τοιῶνδε ἐ-
ρωτᾶν τοῖς ξένοις σιωπῆς οἶμαι τοῖς
καταπλέουσιν. εἰ δὲ καὶ μηδενὶ τούτων ἐν-
τύχοιεν, μηδὲ ἥροντό τι τοιούτων οὐδέν, ἀλλ'
Ὀδυσεύς γε, καὶ Μενέλεως ἐς Τροίαν
ἤδη ἀφιγμένω τε, καὶ πεπρεσβευκότε,
καὶ τὰ κρήδεμνα τοῦ Ἰλίου εἰδότε, οὐκ ἄν
μοι δοκοῦσι παρεϊδεῖν ταῦτα, οὐδ' ἂν
ξυνεχωρῆσαι τῷ στρατῷ, διαμαρτάνοντι
τῆς πολεμίας. ἑκόντες μὲν δὴ οἱ Ἀχαιοὶ,
τὸν Μυσοὺς ἐλαύνοντο λόγου ἐς αὐτοὺς
ἥκοντος, ὡς ἄρισται πειρατῶν πράττοιεν.
καί τι καὶ δεδιότες, μὴ παροῦσιοι τῷ
Ἰλίῳ ὄντες, ἐς κοινωνίαν τῶν κινδύνων
μεταλήψωσι. Τηλέφῳ δὲ Ἡρακλείδῃ
τ' ὄντι, καὶ ἄλλως γενναίῳ, καὶ ὡπλισμέ-
νης γῆς ἄρχοντι, οὐκ ἀνεκτὰ ταῦτα ἐ-
φαίνετο. ὅθεν πολλὴν μὲν ἀσπίδα πα-
ρέταξε, πολλοὺς δὲ ἵππους. ἦγε δὲ τὸν
μὲν, ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῷ Μυσίας. ἦρχε δὲ οἱ-
μαι πάσης, ὁπόση ἐπὶ θαλάττῃ. οἱ δὲ ἐκ
τῶν ἄνωθεν Μυσῶν ξυνεμάχουν, οὓς
Ἀβίους τε οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ ἵππων
ποιμένας, καὶ γάλα αὐτῶν πίνοντας.
τῆς τε γνώμης τῶν Ἀχαιῶν διανοίας, καθ' ἣν
ἐποιοῦντο τοὺς πρίπλους, οὐκ οὔσης ἀ-
δήλου, Τληπολέμου τε πέμψαντος ἀπὸ
Ῥοδίας ὁλκάδος ἄγγελον ὡς ἀδελφῷ,
καὶ κελεύσαντος ἀπὸ γλώττης αὐτῷ ση-
μαίνειν ὁπόσα τῶν Ἀχαιῶν ἐν Αὐλίδι
διήθετο, γράμματα γὰρ οὔπω βύροις,
πᾶσα ἡ μεσόγαια ἐς ξυμμαχίαν κα-
τεβεβήκει, καὶ τῷ πεδίῳ ἐπεκύμαινε τὰ
Μύσια τε, καὶ Σκυθικὰ ἔθνη. λέγει δὲ ὁ
Πρωτεσίλεως, ὅτι καὶ μέγιστος αὐτοῖς ἀ-
γώνων γένοιτο, τῶν τε ἐν αὐτῇ Τροίᾳ, καὶ
ὁπόσοι μετὰ τοὺς βαρβάρους ὕστερον

regio vsque ad mare pascua exhibet, & nauigantibus (puto) mos est regionum nomina percunctari. Quòd si horum nihil consecuti, ac percunctati fuissent, at Vlysses saltem, ac Menelaus, legati quondam ad Troiam profecti, atque Ilij Pergama conspicati, haud videntur hæc fuisse despecturi: exercituíque concessuri, vt ab hostili aberrarent regione. Sponte igitur Græci depopulabātur Mysos, cùm omnium Asiam incolentium esse opulentissimos ac feliciſſimos accepissent. Id quoque præterea metuentes, ne proximi atque accolæ Ilio existentes, ad discriminum societatem accerserentur. Hæc autem Telepho, vt pote ab Hercule genito, atque alioqui inclyto armatæ imperanti regioni, haudquaquam ferenda videbantur. Vnde tam clypeatorum, quàm equitum multas construxit acies. Ducebat autem omnes ex sibi subdita Mysia. Vniuersæ namque (vt puto) maritimæ imperabat. Superiorem præterea Mysiam incolentes, belli societatem inierant: quos equarum pastores, atque ipsarum lac bibentes, Abios Poëtæ appellant. Græcorum enim consilio: quo nauigationis ambitum facerent, haudquaquam incognito, quòd Tlepolemus Rhodia nauicula actuaria nuncium ad fratrem miserat: qui literis nondum repertis coràm significaret, quæcunque Græcorum in Aulide persenserat, vniuersi mediterranei ad belli societatem descenderant, Mysiæque ac Scythicæ gentes in campum confluebant. Aiebat autem Protesilaus hoc Græcis omnium quæcunque & in ipsa Troia, & cum barbaris postea subierunt discrimina,

maximum extitiſſe. Nam & vniuerſi pariter Telephi in bello ſocij, & ſinguli, viri erant probatiſſimi: & vt Æacidæ, Diomedéſque, ac Patroclus, ab Achiuis canebantur: ſic & Telephus, ac Martis filius Æmus nominis claritate excellebant. nominatiſſimi præterea erant Iſtri, Scythici fluuij, filij Helorus, & Actæus. Vt autem Græci nauibus egrederentur, Myſi cum ſagittis, tùm aliis quoque à terra telis minimè concedebant. At Achiui etiam non permittentibus Myſis, exire nitebantur: & Arcades, vtpote tunc primùm nauigantes, & in mari minimè exercitati, nauium nonnullas littori appulere. Ait enim (vt fortaſſe noſti) Homerus, Arcades ante Ilium nec nauticos fuiſſe, nec maritima opera attigiſſe: ſed Agamemnonem ſexaginta, quas ipſe præbuerat, nauibus eos, cùm nondum antea nauigaſſent, in mare deduxiſſe. Vnde rei quidem militaris peritiam, ac robur in pedites exhibebant. Nauigantes verò neque boni militis, neque remigis officio fungebantur. Naues igitur imperitia, atque audacia appulerunt: & ipſorum quidem multi ab iis qui in littore diſpoſiti erant, vulneribus affecti ſunt: pauci verò deſiderati. Achilles autem & Proteſilaus Arcadibus metuentes, vtpote ex compacto ambo pariter in terram deſiluerunt, Myſóſque expulere: cùm Græcorum omnium optimè armati ac pulcherrimi cernerentur, & iis qui admodum eſſent barbari, dæmones viderentur. Poſtea verò quàm Telephus exercitum in campum deduxit, & Græci per ſilentium appulſi ſunt, omnes qui nauibus vecti fuerant, præter guber-

A διεπολεμήθησαν Ελλησι. καὶ γὰρ καὶ κατ' πλῆθος ἀνδρὸς δόκιμοι, καὶ κατ' ἀνδρα ἦσαν ἡ ξυμμαχία τ Τηλέφε. καὶ ὥσπερ νῦν τ Αχαιῶν Αἰακίδαι τε ἦσαν, καὶ Διομήδης, καὶ Πατρόκλοι, οὕτω Τηλέφε τε ὄνομα ἦν, καὶ Αἵμου τ Αρεος, ὀνομαστότατοί τ ἦσαν Ελωρός τ, καὶ Ακταῖος, πατρὸς παῖδες τ κατ' Σκυθίαν Ιστρ. πλὴν μὴ δὴ ἀπόβασιν, οὐ ξυνεχώρουν
B Μυσοὶ ποιεῖσθαι, τοξεύοντες ἀπὸ τ γῆς, καὶ ἀκοντίζοντες. οἱ δ' Αχαιοὶ, καὶ μὴ ξυγχωρούντων ἐβιάζοντο. καὶ οἱ Αρκάδες ὤκελλόν πνας τ ἐπὶ νεῶν, ἅτε τοξότον πλέοντες, καὶ θαλάττης οὔπω γεγυμνασμένοι. Φησὶ γὰρ ὡς που γινώσκεις Ομηρος, ὅτι μήτ' ναυτικοὶ ἦσαν τοῖ Ιλίῳ Αρκάδες, μήτε ἔργων θαλαττίων ἥπτοντο. ἀλλ' ἐπὶ νεῶν ἑξήκοντα ὁ Αγαμέμνων ἐσηγάγετο αὐτοὺς ἐς πλὴν θαλάτταν, αὐτὸς ἐπὶ δοὺς ναῦς οὔπω πε-
C πλευκόσιν. ὅθεν ἐπιστήμως μὲν, ὁπόση πολεμικὴ, καὶ ῥώμην, ἐς τὰ πεζὰ παρεῖχοντο· πλέοντες δ', οὔτε ὁπλῖται ἀγαθοὶ ἦσαν, οὔτε ἐρέται. τὰς μὲν δὴ ναῦς, ἀπειρία τε, καὶ τόλμη ὤκελλον. Ὧν πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐτρώθησαν κατὰ τὴν ἀχλὺν πεφαγμένων· ὀλίγοι δ' ἀπέθανον· Αχιλλεὺς δ' καὶ Γ Πρωτεσίλεως,
D δείσαντες ὑπὲρ τ Αρκάδων, ὡς περ ἀπὸ σωτηρίας ἄμφω ἅμα ἐς τὴν γῆν ἀπεπήδησαν, καὶ ἀπεώσαντο τοὺς Μυσοὺς, διοπλοτάτω ὁπλίτε, καὶ καλλίστω τ Ελλήνων· τοῖς δ' ἄλλοις βαρβάροις, καὶ δαίμονες ἐδοξάτην. ἐπεὶ δ' ὁ Τήλεφος ἐπανήγαγε τ στρατὸν ἐς τὸ πεδίον, καὶ προσέπλωσαν οἱ Αχαιοὶ καθ' ἡσυχίαν, ἐξεπήδων αὐτίκα τῶν νεῶν, πλὴν κυ-

ζυνήτου, & ωθείνεω, παντες, οις ἡ ναις ἤγω. ἐζάπονθ᾽ ὡς ἐς μάχω, κόσμον, καὶ σιωπὴν ἐν θυμῷ ἔχοντες. ὀρθῶς γὰρ τοῦτο τὸν Ομηρον ωθὶ αὐτῶν εἰρηκέναι φησιν, ἐπαινοῦντα τὸ τῆς Ελληνικῆς μάχης ἦθος. ἧς ξύμβουλον γενέσθαι Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος λέγει. Μενεσθέως γὰρ τοῦ Αθηναίων παλαιοτάτου τῶν βασιλέων ἐς Τροίαν ἐλθόντος, καὶ διδάσκοντος ἐν Αὐλίδι τὸν στρατὸν πᾶσαν ὡς χρὴ συνηρμόσθαι, κραυγὴν τὲ χωμένοις μὴ ἐπιπλήττοντος, οὐ ξυνεχώρει ὁ Αἴας, ἀλλ᾽ ἐπεπήμα. γυναικεῖον τὲ ἀποφαίνων, & ἄπακτον. ἔλεγε γὰρ ὅτι & τὸν θυμὸν ἡ κραυγὴ κακῶς ἐρεθίζει. ταχθῆναι γὰρ, πρὸς μὲν τοὺς Μυσοὺς, ἑαυτόν τε, καὶ τὸν Αχιλλέα φησὶν ὁμοῦ τῷ Πατρόκλῳ. ωθὸς δὲ τοὺς τοῦ Αρεος Αἵμονα, Διομήδην τε, καὶ Παλαμήδην, καὶ Σθένελον. ωθὸς γὰρ τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ἥκοντας, οἱ Ατρείδαι τε, καὶ ὁ Λοκρὸς, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπῆχθησαν. Αἴας δὲ ὁ μέγας, τοὺς μὲν τὰ πλήθη ἀποκτείνοντας, θερισὰς ἠγεῖτο, μέγα οὐδὲν ἀμῶντας· τοὺς δὲ τῶν ἀρίστων κρατοῦντας, δρυτόμους ἐκάλει· καὶ ταύτης ἑαυτὸν τῆς μάχης ἠξίου μᾶλλον. ταῦτα οἱ καὶ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ παῖδας ἦγεν, οὔτε τοῖς μέρεσιν ἑαυτοῦ ὄντας, καὶ τὸν τοῦ Εκτορος ζυγὸν ἀπὸ τεθραίππων μαχομένους ἵππων, βαίνων τὲ σοβαρὸν μετὰ τῆς αἰχμῆς, ωθὸς τὸν ἀσπίδα ἐδούπησε, ταραχῆς ἕνεκα τῶν ἵππων. οἱ δὲ ἵπποι σὺν φρονεῖν τὲ αὐτίκα ἐλάμβανοντο, καὶ ὀρθοὶ ἀνεσείσθησαν. ὅθεν ἀπιστήσαντες & Σκύθαι τῷ ἅρματι, ἀπεπήδησάν τε αὐτοῦ ἀζακτοῦντος, καὶ ξυνέπεσον τῷ Αἴαντι· λόγου τὲ ἀξίως μαχόμενοι, ἄμφω ἀπέθανον.

natores ac seruitia, in litus statim emicabant, ordinémque, ac silentium continentes, vt ad pugnam struebantur. Rectè namque hoc Homerum de ipsis dixisse asserit, dum Græcæ pugnæ cōsuetudinem commendat: cuius consultorem Telamonis filium ait fuisse. Menestheo enim Athenienſi struendæ aciei regum peritissimo, ad Troiam proficiscente: atque in Aulide, vt instruendus esset exercitus edocente, nec clamore vtentes increpante, Aiax minimè permittebat: quinimò corripiebat, muliebre atque inorme id esse iudicans. Dicebat præterea clamorem perperàm animum interpretari. Collocatos autem fuisse ait aduersus quidem Mysos se: & vnà cum Patroclo Achillem. Aduersus verò Martis filium Æmonem, Diomedem, Palamedémque, ac Sthenelum. Sed Atridæ, Locrúsque, ac reliqui in eos, qui ab Istro venerant, instructi. Magnus autem Aiax, eos quidem qui multitudinem vulgúmque interficerent, messores esse magni, nihil metentes arbitrabatur. Qui verò optimos superassent, arboricidas appellabat: & hac se ipsum pugna magis esse dignum censebat. Propterea igitur in fluminis quoque filios, nec eiusdem partis existentes, & ex quadrigis Hectoris more pugnātes irruit, superbéq. cum hasta incedens, strepitum ad perturbandos equos clypeo edidit. Equi autem & amentes repentè facti sunt, & erecti resultarunt. Vnde Scythæ currui vt pote perturbato, non amplius fidentes, ab eo desiluere: & cum Aiace congressi sunt: strenuéque dimicantes ambo occidere.

Palamedis quoque gesta, vt ingentia memorat Protesilaus, qui vnà cum Diomede, ac Sthenelo, cùm Æmum, & qui cum eo erant, interfeciſſet, ne virtutis quidem præmia conſequi dignum cenſebat: ſed illa quidem Diomedi habenda concedebat: quandoquidem pro fortium virorum honore ac gloria ipſum omnia agere nouerat. Si verò ſapientiæ coronam aliquam propoſuiſſet Græcia, hanc nemini concedebat, cùm & ſapientiæ eſſet ſtudioſiſſimus, & hoc vnum meditaretur. Cum Telepho autem ſe quidem conflixiſſe ait Proteſilaus, clypeúmque viuenti detraxiſſe. Achillem verò in nudum irruentem femori vulnus impegiſſe, vulneríſque poſtea in Troia medicum extitiſſe: tunc verò præ vulnere exanimatum Telephum fuiſſe moriturum, ni concurrentes Myſi ipſum de prælio recepiſſent: cùm interea Myſorum quàm plurimi ipſius cauſa cecidiſſe feruntur, quorum cruore infectus fluxit Caicus. Item autem de clypeo aduerſus ſe, Achillem ait exercuiſſe: quandoquidem ipſe Telephum vulneraſſet. Sed Græcos clypeum ſibi magis conuenire decreuiſſe: quia vulnerari Telephus haudquaquam valuiſſet, ni illo fuiſſet ſpoliatus. Ait autem Proteſilaus, quòd Myſæ mulieres cum viris, ex equis vt Amazones pugnabant, Telephique vxor Hiera huic equitatui imperabat. Hanc igitur Nireus dicitur interfeciſſe. Adoleſcentes enim totius exercitus, nec dum probatos aduerſus ipſas collocauerant. Occiſa autem Hiera, Myſæ exclamarunt, & cùm ſuum ipſarum equitatum perturbaſſent, in Caici paludes de-

A μνημονεύει ὁ Πρωτεσίλεως καὶ τῶν περὶ τὸν
Παλαμήδους ἔργων, ὡς μεγάλων, οἷς
αὐτός τε, καὶ Διομήδης, καὶ Σθένελος, τὸν
Αἴμονα, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἀποκτεί-
ναντες, οὐδὲ ἀρίστειον ὁ Παλαμήδης
ἠξίου τυγχάνειν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν, τῷ Διο-
μήδει ξυνεχώρει ἔχειν, ἐπειδὴ πάντ' ὑπὲρ
τῶν πολεμικῶν πρᾶξιν καὶ δόξης ἐ-
πίνωσεν αὐτὸν προτίθεσθαι. σοφίας δ'
εἴ τινα στέφανον προθεῖτο τοῖς Ἕλλησι-
B κόν, καὶ αὐτὸς σπουδῆς πολλῆς τούτου ἐτύγχα-
νεν, καὶ σοφίας τε ἀπ' ἀρχῆς ἐρῶν, καὶ μελετῶν δι-
ατελῶν. Τηλέφῳ γοῦν ὁ Πρωτεσίλεως, αὐτὸς
μὲν συμπλακῆναι φησὶ, καὶ τὴν ἀσπίδα
ζῶντος περιελέσθαι. τὸν δὲ Ἀχιλλέα γυ-
μνῷ προσπεσόντα, βλάψαι αὐτὸν δι' ὧν
C μηρός, καὶ ἰατρὸν μὲν ὕστερον ἐν Τροίᾳ
γενέσθαι δι' θαύματος· τότε δὲ λιποθυμῆ-
σαί τε ὑπ' αὐτοῦ τὸν Τήλεφον, καὶ ἀποθα-
νεῖν ἄν, εἰ μὴ οἱ Μυσοὶ ξιωσάμενοι,
ἀνείλοντο αὐτὸν ἐκ τῆς μάχης. ὅτε δὴ λέ-
γουσι πολλοὶ τῶν Μυσῶν ἐπ' αὐτῷ πε-
σεῖν, ὑφ' ὧν ἡμαπωμένον ῥυῆναι τὸν
Κάϊκον. λέγει δὲ ὡς καὶ δικάσαιτο μὲν
πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀχιλλεὺς περὶ τῆς ἀσπί-
δος, ἐπειδὴ ἐτέρωκει τὸν Τήλεφον. οἱ δὲ
Ἀχαιοὶ ψηφίσαιντο αὐτῷ μᾶλλον
προσθεῖναι τὴν ἀσπίδα, ὡς καὶ δι' αὐτὸν Τη-
λέφου ῥωθέντος, εἰ μὴ ἐκείνης ἐγυμνώ-
D θη. φησὶ δὲ ὅτι καὶ Μυσαὶ γυναῖκες ἀφ'
ἵππων ξυνεμάχοντο τοῖς ἀνδράσιν, ὡς
περ Ἀμαζόνες, καὶ ἦρχε τῆς ἵππου ταύ-
της Ἱέρα, γυνὴ Τηλέφου. ταύτην δὴ λέ-
γει Νιρεὺς ἀποκτεῖναι. τὸ γὰρ μειρα-
κιῶδες αὐτῶν στρατοῦ, καὶ οὔπω δόκιμον,
πρὸς αὐτὰς ἐτάξαν. πεσούσης δὲ, ἀνέ-

κραγον αἱ Μυσαί. καὶ ξυνταράξασαι πρὸ ἑαυτῶν ἵππον, ἐς τὰ τοῦ Κάϊκου ἕλη

ἀπωλώλεσαν. τῷ γὰρ Ἱέραν ταύτῃν ὁ Πρωτεσίλεως μεγίστην τε ὧν εἶδε γυναικῶν χρυσᾶς λέγει, καλλίστην τε ἁπασῶν, ὁπόσαι ὄνομα ἐπὶ κάλλει ἤρθησαν. Ἑλένην μὲν γὰρ τῷ Μενέλεω γυναῖκα ἰδεῖν οὐ φησὶν ἐν Τροίᾳ. νυνὶ δὲ, ὁρᾶν μὲν αὐτὴν τὴν Ἑλένην, καὶ ὑπὲρ μὲν φεύγειν τὸ ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθανεῖν. εἰ δὲ ἐνθυμηθείη τῷ Ἱέρᾳ, τοσοῦτον αὐτῷ φησι πλεονεκτεῖν τὴν Ἑλένης, ὅσον κἀκείνη τῶν Τρῳάδων. καὶ ὅδε αὖτη, ξένε, Ὁμήρου ἐπαινέτου ἔτυχεν· ἀλλὰ Ἑλένη χαριζόμενος, καὶ εἰσηγάγετο ἐς τὰ ἑαυτῆς ποιήματα θείαν γυναῖκα. ἐφ' ᾗ δὴ παθεῖν μὲν οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ πεσούσῃ λέγονται, καὶ ὑπερκελεύσασθαι πρεσβύτεροι νέοις, μὴ σκυλεύειν τῷ Ἱέραν, μηδὲ προσάπτεσθαι κειμένης. ἐν ταύτῃ, ξένε, τῇ μάχῃ, πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐρρώσθησαν, καὶ λαβρὰ τοῖς τρωθεῖσι μαλθακὰ ἐπῴδουν, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔτι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους καλοῦσιν οἱ Σμύρνην οἰκοῦντες. ἀπέχουσι δὲ πεντήκοντα οἶμαι σταδίους τοῦ ἄστεος. ἦν ἀνὴρ πρό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια. Φο. τί οὖν, Ἀμπελουργέ, φῶμεν; εἰκότα τὸν Ὅμηρον, ἢ ἄκοντα παραλιπεῖν ταῦτα, οὕτως ἡδέα, καὶ ποιητικὰ ὄντα; Αμ. εἰκότα ἴσως, ξένε. βουληθεὶς γὰρ τῷ Ἑλένῃ ὡς χαρίσασθαι γυναικῶν ὑμνῆσαι δὴ τὸ κάλλος, καὶ τὰς Τρωϊκὰς μάχας ὡς μεγίστας τῶν ἄλλων διαπολεμηθεισῶν ἐπαινέσαι, Παλαμήδει τε καὶ τὸν θεῖον ἐξαίφνης ἅπασι λόγῳ διὰ τὸν Ὀδυσσέα, Ἀχιλλεῖ τε μόνῳ τὰ μαχιμώτατα τῶν ἔργων οὕτως ἀναπείσῃ, ὡς σκιαμαχεῖν τῶν ἄλλων Α-

A latæ sunt. Hanc autem Hieram Protesilaus omnium, quas vnquam viderit, mulierum fuisse maximam fatetur, omniúmque earum pulcherrimam, quæcunque pulchritudinis nomen consecutæ sunt. Etenim Helenam Menelai vxorem in Troia quidem vidisse inficiatur. Nunc verò ait se ipsam Helenen intueri, nec quòd pro ipsa decesserit accusare. Sed si Hieram in mentem redegerit, tanto ipsam He-
B lene esse præstantiorem contendit, quanto illa Troianis præstiterit mulieribus. Et ne hæc quidem, hospes, ab Homero laudem consecuta est. Verùm Helenæ gratificans, in sua ipsius poëmata diuinam haudquaquam induxit mulierem. Cuius etiam occisæ causa, nescio quid passi dicuntur Achiui, imperasséque iuuenibus seniores, ne Hieram exuerent, nec iacentem attingerent. In hac, hospes, pugna Græcorum multi vul-
C neribus affecti sunt: & balinea vulneratis ex vaticinio fuere, tepidi in Ionia fontes, quos nunc quoque Smyrnam incolentes, Agamemnonios appellant. Quadraginta autem (puto) stadia ab vrbe distant: & Mysiæ captiuæ galeæ olim ipsis dicatæ. *Phœnix*. Quid igitur, Vinitor, dicemus? Sponténe an inuitum Homerum hæc tam suauia, ac poëtica reliquisse? *Vinitor*. Sponte fortasse. Nam cùm vellet Helenen, vt pote mulierum optimam pulchritudinis causa celebrare, Troianáque prælia, vt omnium quæ nunquam alibi gesta sint maxima, laudibus prosequi, diuinúmque Palamedem, vt Vlyssi gratificaretur, de suo exciperet sermone: & vni Achilli operum præstantissima ita adscriberet, vt Achille pugnante,
D

ceterorum omnium obliuiſceretur: neque Myſia compoſuit carmina, neque huius belli meminit, in quo & mulier Helene formoſior, & viri Achilli fortitudine minimè inferiores, & probatiſſimum certamen inueniri potuiſſet. Quòd ſi Palamedis mentionem feciſſet, non vtique inueniſſet, quo pacto Vlyſſis opprobrium in ipſum celaret.

Phœnix. Quid igitur Proteſilaus de Homero ſentit? Huius enim poëmata ipſum aiebas explorare. *Vinit.* Homerum ait (ô hoſpes) vt pote in harmonia muſica omnes eciniſſe poëticos tropos, cunctóſque ſui temporis poëtas, in quo quiſque maximè excelleret, ſuperaſſe. Magniloquentiam enim ſupra Orpheum exercuiſſe, Heſiodúmque ſuauitate viciſſe, & alio alium: & Troicum ſibi ſubieciſſe ſermonem, in quem Græcorum, ac barbarorum omnium virtutes fortuna contulit. Adduxiſſe autem in ipſum bella, hæc quidem in viros, illa verò aduerſus equos ac mœnia, alia contra fluuios, nonnulla aduerſus Deos ac Deas, & præterea quæcunq. in pace exiſtunt, choreas, odas, amoréſque atque epulas, & quæ ad agrorum cultum pertinent, opera & tempora, quæ quid in agris ſit agendum, ſignificent: nauigationes, & quæ fabrefecit Vulcanus arma, virorúmque ſpecies, ac varios mores. Hæc omnia Homerum ait diuinitùs expreſſiſſe, eóſque qui ipſum haud diligunt, inſanire. Appellat autem ipſum Troiæ conditorem, quòd ex Homeri in ipſam luctibus ſit nomen conſecuta. Illa etiam Homeri carmina admiratione proſequitur, quibus ceteros poë-

A χαιῶν, ὁπότε Ἀχιλλεὺς μάχοιτο, οὔτε Μύσια ἐποίησεν ἔπη, οὔτε ἐς μνήμην κατέστη τὸ ἔργον τοῦτο. εἰ δὲ γυνὴ καλλίων Ἑλένης εὑρέθη ἄν, καὶ ἄνδρες οὐ πολὺ Ἀχιλλέως τοῦ ἀνδρείου, καὶ ἀγῶν εὐδοκιμώτατος. Παλαμήδους δὲ μνημονεύσας, εἰ ἄν εὕροι ὅπῃ ποτὲ κρύπτει τὸ Ὀδυσσέως ἐπ' αὐτῷ ὄνειδος.

Φοῖ. πῶς οὖν ὁ Πρωτεσίλεως περὶ τοῦ

B Ὁμήρου φρονεῖ; βασανίζειν γάρ τινα αὐτὸν ἔλεγες τὰ τούτου ποιήματα. Ἀμ. Τὸν Ὅμηρον φησὶ, ξένε, καθάπερ εἰ ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψήλαι τοὺς ποιητικοὺς τρόπων. εἰ δὲ ποιητὰς, ἐφ' οἷς ἐλύρει, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας εἰ ὅτῳ ἕκαστος ἐπῆν κράτιστος. μεγαλορρημοσυνῇ τε γὰρ ὑπερ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἄλλῳ ἄλλον. καὶ λόγον μὲν ὑποθέσθαι

C Τρωϊκὸν, ἐς ὃν ἡ τύχη τὰς πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀρετὰς ξυνήγειρεν. ἐσαγαγέσθαι δὲ εἰς αὐτὸν πολέμους, τοῦ μὲν, πρὸς ἄνδρας. τοῦ δὲ, πρὸς ἵππους, καὶ τείχη. τοῦ δὲ, πρὸς τὰς μούσας· τοὺς δὲ, πρὸς ποταμούς· τοὺς δὲ, πρὸς θεοὺς, καὶ θεάς τε, ὁπόσαι κατ' εἰρήνην εἰσὶ, καὶ χορούς, καὶ ᾠδὰς, καὶ ἔρωτας, καὶ δαῖτας. ἔργα τε ὧν γεωργία ἁπλῶς, καὶ ὥρας, αἳ σημαίνουσιν ὁπόσα χρὴ ἐς τὴν γῆν πρᾶξαι· καὶ ναυπηγίας, καὶ ὁπλοποιΐαν τὴν τοῦ Ἡφαίστου. εἴδη τε ἀνδρῶν, καὶ ἤθη ποικίλα. ταῦτα πάντα τὸν Ὅμηρον δαιμονίως ἐξεργάσθαι φησὶ, καὶ τοὺς μὴ ἐρῶντας αὐτοῦ μαίνεσθαι. καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἰκιστὴν Τροίας, ἐπειδὴ εὐδοκίμησεν ἡ

D τοῦ Ὁμήρου ἐπ' αὐτῇ ᾠδή. θαυμάζει δὲ αὐτοῦ καὶ ὁπόσα ἐπιτηδεύει τοῖς

ὁμοτέχνοις, ὅπι μὴ ξαχέως διορθοῦται σφᾶς, ἀλλ' οἷς σιλανθάνων. Ησίοδον μὲν, σὺν ἄλλοις τε καὶ ὀλίγοις, καὶ νὴ Δί' σὺν τοῖς σκυτικοῖς τῷ ἀσπίδων. ἐρμηνεύων γὰρ ἔοικέ ποτε πλὴν τῆς Κύκνου ἀσπίδα, τὸ δὲ Γοργοῦς εἶδος ὑπτίως τε, καὶ ἀ ποιητικῶς ἦσεν ὅθεν ἀπεσκέφων αὐτὸν ὁ Ομηρος. (σεφάνωζ

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐδάνον δερκομένη, περὶ δ', δεῖμός τ', Φόβος τε. οὕτωσὶ πλὴν Γοργὼ ἄδει. Ορφέα δ' ἐν πολλοῖς τῷ καὶ πλὴν θεολογίαν ὑπῆρε. Μουσαῖον δέ, σὺν ᾠδαῖς χρωμένων. καὶ μὲν δὴ Παμφὼ, σοφῶς ἐνθυμηθέντος ὅτι Ζεὺς εἴη τὸ ζωογονοῦν, δι' οὗ ἀνίσα) σὺν τῆς παύσα. εὐηθέστερον δ' χρησαμένῳ τῷ λόγῳ, καὶ καταβεβλημένα ἔπη ἐς τὸν Δία ᾄσαν τος. ἔστι γὰρ τὰ τοῦ Παμφὼ ἔπη, (πρῶ

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλημένε κόσμου τε, καὶ ἱππείη, καὶ ἠμονείη. τὸν Ομηρον ὁ Πρωτεσίλεως φησὶν ἐπαξίως τοῦ Διὸς ᾆσαι ὕμνον. (ναίων.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ὡς οἰκοῦντος μὲν αὐτῷ τὸ καθαρώτατον, ἐργαζομένῳ δ' ἔμβια τὰ ὑπὸ τῷ αἰθέρι. καὶ τὰς μάχας δ' ὁπόσαι τῷ Ποσειδῶνι μὲν πρὸς Απόλλω, Λητοῖ δὲ πρὸς Ερμῆν ἐχώρουν, καὶ ὡς ἐμάχοντο ἡ Αθηνᾶ τῷ Αρει, καὶ ὁ Ηφαιστος τῷ ὕδατι, ταῦτα τὸν Ορφέως ζήλου πεφιλοσοφῆσθαι τῷ Ομήρῳ φησὶ, καὶ οὐ μεμπτὰ εἰ πρὸς ἔκπληξιν, καὶ θεία, ὥσπερ τὰ, ἀμφὶ δ' σάλπιγξε μέγας οὐρανος, καὶ ἀνεπήδησεν αἰδοῦνεὺς τὸν θρόνου, πναομένης τῆς γῆς ἐκ Ποσειδῶνος. μέμφε) δὲ τὸν Ομήρου ἐκεῖνα. πρῶ-

tas increpat, quoniam non aspere, sed vt latens ipsos corrigit. Hesiodum quidem cùm in aliis non paucis, tum per Iouem in clypeorum *expressionibus*. Hic enim Cycni clypeum quandoque interpretans Gorgonis speciem supinè, ac minimè poëticè cecinit. Vnde ipsum monens Homerus ait,

Terribiles oculos volues ibi saua Medusa,
Constitit; hanc circum stabant Horror-
que Pauorque.

Sic Gorgonem canit. Orpheum autem in multis ad Theologiam pertinentibus superauit, necnon & Musæum in oraculorum odis. Præterea etiam cùm Pamphus sapienter quidem animaduertisset Iouem esse animantium genitorem, & per quem omnia è terra oriuntur, ignauius verò ac simplicius esset vsus oratione, demissaque in Iouem cecinisset carmina. Sunt enim Pamphi versus:

Iuppiter excelse, & quem turpia stercora
cingunt,
Immundúsque ouium fimus & muli at-
que caballi.

Homerum Protesilaus ait pro dignitate Iouis hymnum cecinisse:

Iuppiter illustris, nubes atque æthera tor-
quens.

vtpote incolente quidem ipso quod purissimum est, animata verò quæ sub æthere sunt reddente. Pugnas autem quæcunque Neptuno quidem aduersus Apollinem: Latonæ verò in Mercurium fuere, & quòd Pallas cum Marte, Vulcanúsque cum aqua pugnauerint, hæc ad Orphei modum Homerum ait fuisse philosophatum. Nec esse damnanda, ad stuporem; quinimo diuina, vt & illud, *Circum autem magnum intonuit cælum, & à sede resultauit Pluto, concussa à Neptuno terra.* Illa verò Homeri accusat: primùm

mùm quidem quòd cùm Deos hominibus miſcuerit, de hominibus quidem ingentia, de Diis verò exigua ac vilia dixerit. Deinde quòd planè cognoſcens Helenen in Ægypto eſſe vnà cum Paride à ventis delatam; hic verò ipſam ad Ilij murum adducit, quæ in campo erant mala, ſpectaturam. Etenim par erat, etiam ſi per aliam mulierem hæc facta fuiſſent, tegere, ac minimè cernere, cùm ad generis calumniam ſpectarent. Cùm autem Paris, ne in Troia quidem ob Helenes raptum laudaretur, neque Hectorem ait virum temperatiſſimum, quin ipſa, ſi Ilij fuiſſet, Menelao redderetur, fuiſſe paſſurum: neque Priamum multis iam ſibi interemptis liberis, Paridi vt deliciosè ageret, permiſſurum fuiſſe: neque Helenen, quin ab illis Troianis mulieribus occideretur, fuiſſe declinaturam, quæcunque viros, aut fratres, aut filios amiſiſſent. Fortè verò ipſam ob contractum in Troia odium, ad Menelaum fuiſſe transfugituram. Excipiatur autem & certamen, quod Paridem pro Helene cum Menelao ſub belli fœderibus concertaſſe inquit Homerus. Etenim in Ægypto Helenen fuiſſe ait: Græcóſque id iam diu haud ignorantes, illi quidem valere dixiſſe. Pro Troianis verò opibus dimicaſſe, ne illa quidem Homeri laudat Proteſilaus, quòd cùm Troicum ſibi ſubieciſſet ſermonem, poſt Hectorem à ſermone tranſilit, vtpote ad alium properans ſermonem, quo Vlyſſem deſcribit, & Demodoci quidem, ac Phemij odis, Troiæ direptionem, Epeíque ac Palladis equum canit. Percurrit vero hæc,

A τον μὴν, ὅτι θεοῖς ἐγκαταμίξας ἀνθρώποις, τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων μεγάλα εἴρηκε, περὶ ὧν τῶν θεῶν, μικρὰ, καὶ φαῦλα. εἶτα καὶ ὅτι σαφῶς γινώσκων ὡς ἐν Αἰγύπτῳ ἡ Ἑλένη ἐγένετο, ἀπενεχθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀνέμων ὁμοῦ τῷ Πάριδι. ὁ δὲ, ἄγει αὐτὴν ὅτι καὶ τῆς Ἰλίου τείχους,

B ὁμολογοῦντα τὰ ἐν τῷ πεδίῳ κακά. ἦν εἰκὸς εἰ καὶ δι' ἑτέραν γυναῖκα ταῦτα ἐγένετο, ξυγκαλυπτειν τε, καὶ μὴ ὁρᾶν αὐτὰ, διαβεβλημένα τοῖς γένεσι. ἐπαινοῦντα δὲ, οὔτε ἐν αὐτῇ τῇ Τροίᾳ Πάριδος ὅτι τῇ ἁρπαγῇ τῆς Ἑλένης, οὔτε δὴ Ἕκτορα τὸν σωφρονέστατον καρτερῆσαί φησι, τὸ μὴ καὶ ἀποδοῦναι αὐτὴν τῷ Μενέλεῳ ἐν Ἰλίῳ ἔτι, ἤδη ἀπολωλότων αὐτῷ

C πολλῶν ἤδη ἀπολωλότων αὐτῷ παίδων, οὔτ' ἂν τὴν Ἑλένην διαφυγεῖν τὸ μὴ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Τρωϊάδων, ὁπόσων ἤδη ἄνδρες ἀπολώλεσαν, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ παῖδες. ἴσως δ' ἂν καὶ ἀποδρᾶναι αὐτὴν πρὸς τὸν Μενέλεων διὰ τὸ ἐν τῇ Τροίᾳ μῖσος. ἐξηρήσθω δὴ καὶ ὁ ἀγών, ὃν φησιν Ὅμηρος ὑπὲρ τῆς Ἑλένης ἀγωνίσασθαι τῷ Μενέλεῳ τὸν Πάριν

D ὅτι συνδαιτὸς τοῦ πολέμου. κατ' Αἰγυπτον γὰρ τῷ Ἑλένῃ εἶη, καὶ σὺν Ἀχαιοῖς πάλαι σὺν γινώσκοντας, σκεύη μὲν ἐρρῶσθαι φράζειν, μάχεσθαι δὲ ὑπὲρ τῆς ἐν τῇ Τροίᾳ πλούτου· οὐδὲ σκέπτα ὁ Πρωτεσιλέως ἐπαινεῖ τὸν Ὅμηρον, ὅτι λόγον ὑποθέμενος Τρωϊκὸν, ἀποπηδᾷ τοῦ λόγου μὴ τὸν Ἕκτορα, καθάπερ ᾠδὴν ὅτι τὸν ἕτερον τῶν λόγων, ὧν τὸν Ὀ-

δυσσέα ὑπεξέφη. καὶ ἅδε μὲν ἐν ᾠδαῖς Δημοδόκου τε, καὶ Φημίου, τοῦ τὸν τῆς Ἰλίου πόρθησιν, καὶ τὸν Ἐπειοῦ τε, καὶ Ἀθηνᾶς ἵππον. δίφοι δὲ αὐτὰ ἀπο-

τεμὼν τὸν λόγον, καὶ ἀναπηδᾷς Ὀδυσσεῖ μᾶλλον. δι' ὃν Κυκλώπων τε αὐτῷ ἐπενοήθη γένος, οὐδαμοῦ τῆς γῆς φανέντες. Λαιστρυγόνες τε ἀνετυπώθησαν, οὓς οὐδεὶς οἶδεν ὅπου γενόμενοι. Κίρκην τε δαίμονα ἐξεποιήθη σοφὴν ἐπὶ φαρμάκοις. καὶ θεὰς ἑτέρας, ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ· καί τοι προήκοντος αὐτοῦ ἤδη ἐς ὠμὸν γῆρας, ὅτε καὶ τὰς ὑακινθίνους κόμας, αἳ ἐπὶ τῇ Ναυσικάᾳ αὐτῷ ἐβλάστησαν, φαίνεσθαι ἔχων. ὅθεν ὁ Πρωτεσίλεως παίζων τὸν Ὀδυσσέα καλεῖ τὸν Ὁμήρου. οὐδὲ γὰρ τὴν λεγομένην αὐτοῦ σοφίας ἥρα ἡ κόρη. τί γὰρ σοφὸν εἶπε, πρὸς τὴν Ναυσικάαν, ἢ ἐπράξε; καλεῖ γὰρ αὐτὸν Ὁμήρου παίγνιον καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ. καθεύδων τε γὰρ πολλαχοῦ ἀπόλλυται, καὶ ἐκφέρεται τῶν νεὼς τῶν Φαιάκων, ὥσπερ ἀποθανὼν ἐν τῇ διπλοΐᾳ. τὴν γοῦν Ποσειδῶνος μῆνιν, δι' ἣν ὅτε ναῦς ὑπελείφθη τῷ Ὀδυσσεῖ ἕδεμία, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πλησιοῦντες αὐτὰς ἀπώλοντο, οὐχ ὑπὲρ τοῦ Πολυφήμου γοῦν φησιν, οὔτε γὰρ ἀφικέσθαι τὸν Ὀδυσσέα ἐς ἤθη τοιαῦτα, οὔτ' ἂν εἰ Ποσειδῶνι Κύκλωψ πᾶς ἐγένετο μνίσασθαι τὸν Ποσειδῶ ποτε ὑπὲρ τοιούτου παιδός, ὡς λέοντος ὠμοῦ δίκην σοῦ ἀνθρώποις ἤδιον, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ Παλαμήδους, ἡνίκα ἔπλουν μὲν τὴν θάλασσαν τῷ Ὀδυσσεῖ ἐποίει. διαφυγόντα γὰρ αὐτὸν τὰ κατ' ἐκεῖνα πάθη, ἀπώλεσεν αὐτὴν Ἰθάκην ὕστερον, θαλαττίαν οἶμαι αἰχμὴν ἐπ' αὐτὸν δούς. λέγω γὰρ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως μείζω οὐχ ὑπὲρ τοῦ Χρύσου θυγατρὸς ἐμπεσεῖν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ κἀκείνου ὑπὲρ τοῦ Παλαμήδους μισήσας. καὶ ἀποκείσθω μοι ὁ λόγος οὗτος, ἐς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἔργα. δίκαιον γὰρ καὶ σὲ τοῦ

A Troicum abscindens sermonem, Vlyssique potius dedicans: propter quem Cyclopum ab ipso excogitatum est genus, cùm nusquam terrarum fuerint, expressique Læstrygones, quos nemo vbi vnquam fuerint, nouit. Circen præterea Deā, venenorum peritam, aliásque Deas ipsius Vlyssis, licet ad crudam vergentis senectam, amore captas confinxit: cùm & hyacinthinas comas,
B quæ apud Nausicaam ipsi floruerunt, habere videatur. Vnde Homeri ludibrium, Protesilaus Vlyssem appellat: neque enim celebratam ipsius sapientiam, diligebat puellam. Quid enim apud Nausicaam sapienter aut dixit, aut egit? Vocat autē ipsum Homeri ludibriū & alibi. Dormiens etenim multis in locis perit, & ex Phæacum naui, vt in secūda nauigatione defunctus effertur. Neptuni autem iram, qua & nulla est, Vlyssi relicta nauis, &
C qui eas implebant nautæ periere, non Polyphemi causa fuisse asserit. Neque enim Vlyssem ad huiusmodi peruenisse domicilia: neque si Neptuno Cyclops fuisset filius, pro tali filio potuisse vnquam ad iram concitari Neptunum, qui sæui leonis more homines deuoraret. Sed propter Palamedem nepotem, nauigatu difficile quidem Vlyssi reddebat mare. Cùm verò maris dis-
D crimina euasisset, in ipsa Ithaca eum postea perdidit, cùm marinam (vt puto) cuspidem in ipsum edidisset. Ait autem Achillis quoque iram haud ob Chrysæ filiam Græcis incidisse: verùm & illum Palamedis causa fuisse iratum. Sed hic sermo ad Achillis facinora reseruetur. Omnes enim percurram

heroas, quæ de ipsis à Protesilao audiuerim referens. *Phœnix.* Ad suauissimã mihi orationem peruenisti. *Quadrupedúmque virúmque sonus iam percutit aures:* magníque aliquid boni me auditurum auguror. *Vinitor.* Audi hospes. Nihil autem me prætereat Protesilaus: nec eorum quæ audiui quicquam obliuiscar.

A ἥρως, ἀπαγγέλλων ὅσα ἔ Πρωτεσίλεω περὶ αὐτῶν ἤκουσα. Φοῖ. ἥκεις δὴ τὸν ἥδιστον ἐμοὶ τῷ λόγων. ἵππων γὰρ ἤδη δή με, ⁊ ἀνδρῶν ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει. καὶ μαντεύομαί τι ἀγαθὸν ἀκούσεσθαι μέγα. Αμ. ἄκουε, ξένε. παρέλθοι δέ μοι, ὦ Γ ερωτεσίλεω, μηδὲν, μηδὲ σὺ λαθοίμεθα πνὸς ὧν ἤκουσα.

NESTOR.

Philoctetes hic Pœantis filius, qui ad militandum etiam ê Melibœa ad Troiam deducit vltores Menelao contra Phrygem. Generosus vtique heros, atque educationem sub Hercule præ se ferens. minister certè Herculi Philoctetes extitisse ab infantia dicitur; quando gestator etiã arcuum: quos sane postea mercede ab ipso accepisse pro ministerio in pyra, aiunt. Nunc verò hic confecta vi morbi facie nubilum supercilium ad oculos trahens demissos, & in profundo fixos, ac parumper cernentes: & cæsariem squalloris plenam indicans: & barba hirta arrectáq; exhorrescens; atque lacernis indutus: & talo inuoluto, talem, ô puer, sermonẽ edit: Achiui Troiam adnauigãtes, cùm insulis adhæsissent, Chrysæ aram indagabant ab Iasone olim extructam, cùm Colchos peteret. Philoctetes memoria repetita tẽporis, quo cum Hercule vixerat; aram quærentibus ostendit: & cùm hydrus serpens infecisset ei viru alterum pedem, Achiui reliqui Troiam petunt: ipse heros ictus in hac Lemno iacet relictus;

Tabo fluente morbido, ambeso pede;

vt ait Sophocles.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

B Ὁ μὲν δὴ τῷ στρατηγεῖν ἐπ, καὶ τοὺς σὺν Μηλιέων δὴ Τροίᾳ ἀνάγων πρωρεὺς Μενελάῳ καὶ τ Φρυγὸς, Φιλοκτήτης ὁ τ Ποίαντος. γενναῖός που, κἀναφέρων ἐς τ ὑφ' Ηρακλεῖ ζοφήν. θεράπων δὴ γενέσθαι τῷ Ηρακλεῖ ὁ Φιλοκτήτης σὺν νηπίᾳ, ὅτε καὶ φορεὺς εἴη οἱ τῶν τόξων, ἃ δὴ καὶ ὕστερον μισθῷ λαβεῖν παρ' αὐτ τ εἰς πυρὰν ὑπουργίας. ὁ δὲ, νεῶν σὺν παῦθ' ξυμπεπλεγμένων διὰ πλεῦ νόσον τῷ ποδὸς, ξυνεφῆ ὀφρὺν ἐπὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐφέλκων κάτω που, καὶ σὺν βάθει ὄντας, καὶ ἀμβλυνὸν ὁρῶντας, κόμην τε, καὶ αὐχμῷ πλήρη θήνις, καὶ πλεῦ γενσάμενος ὑπανεστηκώς, καὶ φείδων, καὶ ῥάκια αὐτός τε ἀμπεχόμενος, καὶ τ ταρσὸν καλύπτων, τοιόν δε, ὦ παῖ, δίδωσι λόγον. αἰνὰ πλέοντες ἐς Τροίαν οἱ Αχαιοὶ, καὶ ποροῤῥόντες τοῖς νήσοις, ἔμας δύοντο τ τ Χρύσης βωμὸν, ὃν Ιάσων ποτὲ ἱδρύσατο, ὅτε ἐς Κόλχους ἔπλη. Φιλοκτήτης τε σὺν τ ξὺν Ηρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζῶσι θήνις, ἐχρίψαντος αὐτῷ τ Υδρᾳ τὸν ἰὸν ἐς θατέρου τοῖν ποδοῖν.* Ⓐ μὲν, δὴ Τροίαν Ⓐ Αχαιοὶ στέλλονται. ὁ δὲ, ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβόρῳ. Φησὶ Σοφοκλῆς, καταπάλλων ἰῷ τὸν πόδα.

C

D

κ. ἔδει δὲ Λήμνῳ ταῦ ἐκείνῃ διαβόρῳ (φησὶ Σοφοκλῆς) καταπάλλων νόσῳ τὸν πόδα. οἱ μὲν δὴ Τροίαν οἱ Αχαιοὶ στέλλονται, Sophocl. initio Philoctetæ.

ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.

CALLISTRATI EXPOSITIONES STATVARVM.

EX FEDERICI MORELLI PROFESSORIS REGII INTERPRETATIONE.

A

Εἰς Σάτυρ(ν), ὃς ἐν τῷ κατ' ἰδίαν ἔνθα ἤσκητο.

In Satyrum, eo loci ſtantem vbi ſe exercebat.

ΑΝΤΡΟΝ τι ἐν Θήβαις τῆς Αἰγυπτίας, προσκασμένον σύριγξι, εἰς ἕλικας αὐτοφυῶς ἐν κύκλῳ περιῳκοδομημένον πυθμένας. ἐ γὰρ ἐπ' εὐθείας ἀνοιγόμενον, εἰς εὐθυπόρους αὐλῶνας ἐφίκετο, ἀλλὰ τὸν ὑπόρφον περιδέχον καμπήν, ὑπογείους ἕλικας ἐξέτεινεν, εἰς δυσεύρετον πλάνην κατάπτυστον. ἵδρυτο δ' ἐν αὐτῷ, σατύρου τι χῆνμα, τετυπωμένον κατὰ λίθου. εἰσήκει μὲν ὑπό τινος κρηπίδος εἰς χωρίον, δυσπετίζων τὸ χῆνμα, καὶ τῆς δεξιᾶς βάσεως τὸν ταρσὸν ὀπισθεν ἐξαίρων. μετεχείριζετο καὶ αὐλὸν, καὶ πρὸς τὴν ἠχὼ πρῶτος ἐξανίστατο· τῇ μὲν γὰρ ἀκοῇ μέλος οὐ προσῆπτεν αὐλουμένου, οὐδὲ τῷ ὁ αὐλὸς ἐμφωνος. τὸ δ' ὑπ' αὐλουμένων πάθος, διὰ τῆς τέχνης εἰς τὸν πέτραν εἰσήκτο. οἵδεις δὲ ὑπανισαμένας καὶ φλέβας, ὡς ἂν ἔκ τινος ζεμιζομένας πνεύματος, καὶ εἰς τὸν ἐπήχησιν τοῦ αὐλοῦ τὸν πνοὴν κατέρνων τὸν σάτυρον ἀναπαυόμενον, καὶ συνεργεῖν ἐθέλον τὸ εἴδωλον, καὶ εἰς ἀγωνίαν τὸν λίθον πίπτοντα. εἶχε γὰρ ἔμπνευσιν, καὶ πνοῆς ἐξουσίαν ἐν ἑαυτῷ ἐμφυ-

B

C

ANTRVM quoddam fuit circa Thebas Ægyptias inſtar fiſtulæ expreſſum, in inuolucra à natura per orbē latè circa terræ caua contortum: non enim recto tramite apertum in directos tubos findebatur, ſed ſubmontanum circumcurrens cliuum, ſubterraneos circos protendebat, in errorem vix indagabilem & inextricabilem excidens. Locatus erat in ipſo Satyri conformatio quædā, è marmore arte elaborata. hic cōſtiterat in crepidine quadā, ad locum ſchema ſuum adaptans, & dextri pedis plantam à tergo extollens: tibiam quoque manibus contrectabat, & ad ſonū primus exſurgebat: namq; aliorū auditui non congruebat concentus tibia canentis: neque tibia vocalis fuit: verùm tibiis ludentium affectus artificiosè in ſaxum inductus fuerat. videres etiam ſubintumeſcentes venas, tanquam aliquo ſpiritu afflatas, & ad tibiæ reſonantiam halitum è pectoribus attrahentē Satyrum: & ſimulacrum operari appetēs, & marmor ad concertationem procidens. Etenim ſpiritus poteſtatem inſitam eſſe ſuade-

bat; & anhelitus indicium intus excitatũ ex operoſis meatibus. Ceterùm corpus eius haudquaquã mollitiei particeps erat; ſed membrorũ ſoliditas venuſtatẽ ſurripiebat, dum formam exaſperaret ad artuum vel iuncturarum virilium aptam proportionem. ſedenim formoſa puella, cute molli & concinna, atque artubus delicatis exhibetur: Satyro verò ſquallens vultus conuenit, tanquam mõticolæ genio & in Dionyſij gratiam ſaltitanti. hedera autem ipſum redimibat; cùm ars fructum nõ ex agris decerpſerit: ſed lapis præ ſoliditate in ramos fuſus percurrebat cæſariẽ connexã, ad ceruicales neruos à fronte delabẽs. Adſtabat porrò Pan exhilaratus tibiæ ſonitu, & amplexatus Echum, quaſi metueret, opinor, ne ſi tibia modulato ſono quodam viciſſet, vel inuitæ nymphæ perſuaderet, vt Satyro certatim reſonaret. hoc intuiti ſimulachrum, & Æthiopum lapidem, Memnonis vocale marmor credebamus exſtitiſſe: quod accedente quidem die lucis præſentia exhilarabatur: abeunte verò mœrore tactum lugubre quiddam ingemiſcebat: & ſolũm è marmoribus voluptatis ac doloris ſenſu moderatum, à propria vilitate abſcedebat; ſtupiditate per vocis libertatem deuicta.

A τον, ⸫ ἄθυμος σύνδεξιν, ἐχρομένῳ οἴκοθεν σὺν τ̃ ἀμηχάνων πόρων. καὶ ἰδοῦ ὁ ἀβρότητος μετέχον τὸ σῶμα· ἀλλ' ἡ τ̃ μηρῶν στερρότης, πρὸ ὥρας ἔκλεπτεν, εἰς ἁρμονίαν συμμετρείαν ἀνδρικῶν τε καὶ ἰδέαν τραχύνουσα. καλὴ μὲν γὰρ κόρη· χρῶτες μαλθακοὶ, καὶ εὐθυφόροι, καὶ μηδὲν τρυπῶμενον. σατύρῳ δ' αὐχμηρὸν τὸ εἶδος, ὡς ἂν ὀρείῳ δαίμονος, καὶ Διονύσῳ σκιρτῶντος. κισσὸς δ' αὐτ̃ ἐπε-

B φάνει, ὅκ ἐκ λιθωνων δρεψαμένης τ̃ καρπὸν τ̃ τέχνης· ἀλλ' ὁ λίθος ἐπὶ τοσοῦτον στερρότητος εἰς κλῶνας χυθείς, ὥστε εἶναι τοῦ κώμου, εἰς συμβολὴν, ὅτι τοῦ αὐχενίους τένοντας ἐκ μετώπων προσέρπων. ὑπέστηκει δ' καὶ ὁ Πὰν, χαννύμενος τῇ αὐλήσει, καὶ ἐναγκαλισάμενος τ̃ ἠχὼ, ὥσπερ, οἶμαι, δεδιὼς μή τινα φθόγγον ἐμμισσον ὁ αὐλὸς κινήσας, ἀντηχεῖν ἀναπείσῃ τῷ σατύρῳ τὴν νύμφην. ὅ τὸ

C θεασάμενοι τὸ εἴδωλον, καὶ τὸν Αἰθιόπων λίθον, ἔμφωνον Μέμνονος ὑπεβόμβουν χθιζός· ὃς πρωϊαίους μὲν τ̃ ἡμέρας, ἐπὶ ταῖς πρώσαις ἐφαιδρύνετο· ἀπιόντος δ', ἀνίᾳ βαλλόμενος, πένθιμον ἐπέσεινε· ⸫ μόνος ἐκ λίθων, ἡδονῆς ⸫ λύπης πρὸς ἀποικούμενος, τ̃ οἰκείας ἀπέσπ* κουφότητος, εἰς ἐξουσίαν φωνῆς, τὴν ἀναισθησίαν ἐνικήσας. Ιο. φαυλότητος

D

In Bacchæ ſtatuam: vbi per tranſlationem de artificio Demoſthenis ſermo inſtitutus eſt.

Εἰς τὸ Βάκχης ἄγαλμα. μεταφορικῶς δ', εἰς τὴν Δημοσθένους τέχνην διείλεκται.

NON poëtarũ tantùm & ſermonis opificũ artes in linguas ſpirant, cùm diuinus à Diis afflatus incidit; verumetiam artificum manus diuiniorum ſpirituũ ſubſidiis correptæ, numine afflata, & furore ſociata

ΟΥ ποιητῶν δὲ ⸫ λογοποιῶν μόνον πνέον τέχναι ἐπὶ τὰς γλώττας, ἐκ θεῶν θασμὸν πεσόντος, ἀλλὰ ⸫ τ̃ δημιουργῶν αἱ χεῖρες θατέρων πνευμάτων ἐρέθεσι ληφθεῖσαι, κάτοχα, καὶ μετὰ μανίας

προφητεύουσι τὰ ποιήματα. ὁ γοῦν δὴ Σκόπας ὥσπερ σπήλυγος ἐπιπνοίας κινηθεὶς, εἰς τὴν τοῦ ἀγάλματος δημιουργίαν τὴν θεοφοείαν ἐφῆκε. τί οὖν ὑμῖν καὶ δώσειν τὸν συνθεσιασμὸν τέχνης διηγήσομαι. λίθος Βάκχης ἄγαλμα, ἐκ λίθου Παρίου πεποιημένον, ἀλλαπόμενον πρὸς τὴν ὄντως Βάκχην. συνῆν τῇ οἰκείᾳ τάξει μένων ὁ λίθος, τοῦ συ τοῖς λίθοις νόμον ἐκβαίνειν ἐδόκει· τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ὄντως ἦν εἴδωλον· ἡ τέχνη δὲ εἰς τὸ ὄντως ὂν ἀπήγαγε τὴν μίμησιν. εἶδες ἂν ὅτι στερεὸς ὤν, εἰς τὸ τῆς θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο, χορηγούσης διορθουμένης τὸ θῆλυ· καὶ εἰς ἕξεσιν ἀμοιρῶν κινήσεως, ἤδη βακχεύει. καὶ τῷ θεῷ εἰσιόντι, τὰ σύνδον ὑπήχα. προσωπόν γε μὲν ἰδόντες ὑπὸ ἀφασίας ἔσημον. ὅτω δὴ τῇ αἰσθήσεως συνείπετο δήλωμα, μὴ προούσης αἰσθήσεως. Βάκχης ἐκβακχεύων θασμὸς ἐμαινύετο, θασμοῦ μὴ πλήττοντος. ὅσα φέρει μανίας *οἰστρῶσα ψυχὴ, τοσαῦτα πάθους διέλαμπε τὰ τεκμήρια ὑπὸ τῆς τέχνης, ἀῤῥήτῳ λόγῳ κραθέντα. ἀνεῖτο μὲν ἡ κόμη ζεφύρῳ σβεῖν, τῇ εἰς ῥιχὸς ἀνθησιν λίθος ὑπεμάχετο. ὁ δὴ καὶ μάλιστα τὸν λογισμὸν ὑπεξίστη, ὅτι στερεὸς λεπότητι λίθος ὤν, ἐπείθετο, καὶ πλοκάμων ὑπήκουσε τοῖς μιμήμασι, τῇ τοῦ ζωπικῆς ἕξεως γεγυμνωμένος, τὸ ζωπικὸν εἶχεν. ἔφης ἂν ὅτι καὶ αὐξήσεως ἀφορμὰς ἡ τέχνη συνεσκάλευε. ὅτω τῇ τὸ ὁρώμενον, ἄπιστον, καὶ τὸ μὴ πιστὸν, ὁρώμενον. ἐμὴν δὲ καὶ χεῖρας ἐνεργοὺς ἐπεδείκνυτο. ὃ γὰρ Βακχικὸν ἐπάνασε θύρσον, ἀλλὰ πισφάγιον

*Ita Comes, ἐκμανίης

A prænunciant opera. Etenim Scopas velut inſpiratione quadam concitatus, ad ſtatuæ opificium Dei afflatum tranſmiſit. nunquid verò vobis altius artis furorem diuinum recēſebo? Bacchæ ſtatua fuit ex marmore Pario conſtans, & planè mutata in Baccham veram, non ſimulatam. namque in ſtatu proprio conſiſtens lapis legem marmoribus datam excedere videbatur. Enimuero quod apparebat, reapſe ſimu-
B lachrum erat: ars autem imitationem ad id quod re vera erat, deduxerat. videres vtique, quòd ſolidum marmor erat, in fœminæ effigiem emolliri, truculentia fœmineam ſpeciem emendante; & motionis expers, iam bacchandi poteſtatem habere: tum Deo ingreſſo interiora perſonabant. vultum certè intuiti, præ ſtupida taciturnitate conſtitimus: vſque adeò ſenſus declaratio comitabatur, ſenſu non
C præſente, ac diuinus Bacchæ afflatus deſignabatur, inſpiratione non feriente: deniq; quot & quanta fert animus furoris œſtro percitus; tot ac tanta affectus indicia ab arte emicabant, inenarrabili arcanáque ratione temperata. ſoluta coma Fauonio exagitabatur: atque in floridum capilli floccum marmor diffindebatur. hoc maximè profecto mentis & rationis vim deturbabat, quòd capillitij quoque tenuitati, verè marmor exiſtens, obtemperabat; & cincinnorū imitationibus pa-
D rebat: & vitali habitu nudatum ac deſtitutū vitalem vim habebat. Diceres etiam incrementi anſas artem contuliſſe. Sic & quod conſpicitur incredibile eſt, & quod non credibile eſt, ſpectatur. veruntamen manus etiam agiles & induſtrias oſtendebat. non enim Bacchicum quaſſabat thyrſum; ſed & ſeceſpitam

quandam ferebat, tanquam Euoé A clamans, insaniæ acerbioris signum. hoc porrò capellæ quoddā figmentū liuidi coloris erat. Etenim saxum subierat cadaueris speciem; & vnam eandémque materiam, in mortis & vitæ imitationē ars diuiserat; nempe in Baccham animatam stantem, & quasi appetentem Cithæronem: & in capellam furore Bacchico interemptam, & sensuum vigore priuatam, ac marcentem. Itaque Scopas qui exanima simulacris effingebat corpora, opifex veritatis e- B rat: & corporibus materiæ miracula excudebat. At verò Demosthenes cùm simulachra oratione exprimeret, parum abest quin sermonum formam sensum mouentem ostenderet, intelligentia & sapientia constantibus, artis medicamenta admiscens. hinc repentè è vestigio agnoscetis Signum ad contemplationem propositum, suo proprióq; motu desertum non fuisse: quin etiam simul dominari, & C in charactere sculpturáve suum parentem conseruare; & Baccham amorem præ se ferre.

ἐφερεν, ὡσπερ βακχεύουσα, πικροτέρας μανίας σύμβολον. τὸ δ', ἰῶ χιμαίρας τὸ πλάσμα, πελιδνὸν τὴν χρόαν. καὶ γὰρ τὸ τεθνηκὸς, ὁ λίθος ὑπεδύετο. καὶ μίαν οὖσαν τὴν ὕλλιν, εἰς θανάτου καὶ ζωῆς διῆρε τὴν μίμησιν. τὴν μὲν, ἔμπνουν ἑστῶσαν, καὶ οἷον ὀρεχομένην Κιθαιρῶνος· τὴν δὲ, ἐκ τῆς Βακχικῆς θανατωθεῖσαν ὀίστρου, καὶ τῆς αἰσθήσεων ἀπομαραίνουσαν τὴν ἀκμήν. ὁ μὲν δὴ Σκόπας, καὶ τὰς ἀψύχους εἰδωλοποιῶν γενέσεις, δημιουργὸς ἀληθείας ἦν, καὶ τοῖς σώμασι τῆς ὕλης ἀπετυποῦτο τὰ θαύματα. ὁ δὲ τὰ ἐν λόγῳ διαπλάττων Δημοσθένης ἀγάλματα, μικρὸν καὶ λόγων ἔδειξεν εἶδος αἰσθητὸν, τοῖς νοῦ, καὶ φρονήσεως φαρμάκοις, συγκεραννὺς τὰ τῆς τέχνης φάρμακα. καὶ γνώσεσθε δὲ αὐτίκα, ὡς οὐδὲ τῆς οἰκοθεν κινήσεως ἐστέρηται τὸ εἰς θεωρίαν προκείμενον ἄγαλμα, ἀλλὰ καὶ ὁμοῦ δεσπόζει, καὶ ἐν τῷ χαρακτῆρι σώζει τὸν οἰκεῖον γεννήτορα· ἀπὸ δὲ τῆς Βάκχης, τὸν ἔρωτα.

In Indi statuam.

INDVS iuxta fontem constiterat; donarium à Nymphis erectū. Indus autem marmor nigrans erat, & quod ad eū colorem ex natura generis sui transfugerat. Habuit porrò florentem & crispum crinem, non puro & mero nigro lucentem, verùm è summitatibus contendentem cum flore Tyriæ purpuræ. nam veluti delinitus & madefactus vicinis Nymphis, capillus è radicibus exurgens, nigrior ad summitates fluctuabat. Oculi profectò non cō-

Εἰς τὸν Ινδου ἄγαλμα.

ΓΑΡΑ κρωΐλῳ Ινδὸς εἰστήκει, ἀνάθημα τῶν Νύμφαις ἱδρυθείς. ἰῶ δ' ὁ Ινδὸς, λίθος μαινόμενος, καὶ τρεῖς τὴν ἐκ φύσεως τῶν χροὸς αὐτομολῶν χροιάν. εἶχε δὲ βοστρύχους μὲν, καὶ ἄλλως τὴν χαίτην, καὶ ἀκράτῳ τῷ μέλανι λάμπουσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄκρων, πρὸς κόχλον Τυρίας ἰου. Τυείου ἄνθος ἐρίζουσαν. οἱ γὰρ βύπαθοσα, καὶ νοτιζομένη τοῖς τρεφοσίκοις νύμφαις ἡ χαίτη ἐκ ῥιζῶν ἀνιοῦσα, μελάντερος τρεῖς τοῖς ἄκροις ἐπόρφυρεν. ὀφθαλμοὶ γὰρ

μιλὼ οὐ σεωῆδον τῷ λίθῳ. κ᾽ γὰ τὰς τῶ ὀμμάτων κόρας, ὡδιέθη λευκότης, κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος τ᾽ πέτρας μεταπιπτούσης εἰς λευκότερον, καθ᾽ ὃ κὴ τ᾽ τ Ινδοῦ φύσεως ἡ χρόα μιγαίνει. μέντοι γ᾽ αὐτ᾽ ὄξιστη. κὴ τὸ μεμεθυσμένον, οὐ κατεμιμήσατο ἡ τῦ λίθου χρόα. οὐ γὰ ἦν αὐτῷ μηχάνημα τὰς ὄψεις φοινίξαι, σκέπουσος τῦ μέθυ τὸ μέθυ. σὺ δὲ τ᾽ χήματος, κατηγόρει τῦ πάθους. ὠδράφορός τε γὰρ, κὴ κωμάζων εἰστήκει, οὐ διαμόλυ ἐρείδων τὸ πόδε, ἀλλ᾽ ὑποζυγίος τι, κὴ ὑπὸ τὸ γόνυ ὀκλάζων. ὁ δὲ λίθος, ὑπὸ τῦ πάθους ἐώκει πληγῆτι, καὶ οἱονεὶ κ. αἰωρῶν * ἀναίρων, τὸν ἀπὸ τ᾽ μέθης ἐμφανίζων σφυγμόν. εἶχε δὲ ἄβρον οὐδὲν τ᾽ Ινδοῦ τὸ εἴδωλον, οὐδ᾽ ἑκάστην κ᾽ χρόαν ἐξήσκηται χάριν, ἀλλ᾽ εἰς μόνιμον τῶν μελῶν συμβολὴν διήρθρωτο. ἀσκεπὴς γὰ ἦν, κὴ γυμνὸς, ὡς ἂν τῶν Ινδικῶν σωμάτων πρὸς τὸ τ᾽ ἀκμῆς φλογώδες εἰωθότων ἀναδρίζεσθαι.

A cinebant marmori. nam ad pupillas oculorum circumcurrebat candor; saxo illa ex parte in candidius conuerso, qua naturæ Indi color germanus, solet nigrescere. Crapula verò ipsum de statu mentis mouerat: at vim temulentam non denotabat color marmoris: non enim integrum fuit ipsi artificium genas rubore tingendi, atrore vinolentiam obtegente. verùm ex conformatione arguebat affectum: etenim mente motus ac lasciuiens B expressus erat, vt qui firmare pedes & stare loco nesciret, sed tremulus esset & poplitib. in terram inclinatis. Ceterùm marmor ab affectu simile erat percusso & quasi palpitanti, præferens concussionem è temulentia ortam. Nihil præterea molle ac delicatum habebat Indi simulacrum, neque singularem colore ac gestu gratiam referebat: verùm ad solam actuum commissionem distinctum fuerat. porro Indus C absq; vllo integumento, ac nudus erat; tanquam Indis corporibus ad æstus ardorem consuetis, virilem acquirere vigorem.

Εἰς τὸ τῦ Ερωτος ἄγαλμα.

ΚΑΙ ἑτέρας ἱερᾶς τέχνης οἱ λόγοι προφητεύσαι βούλονται. οὐ γὰρ μοι θεμιτὸν μὴ καλεῖν ἱερὰ τέχνης γεννήματα. Ερως γοῦν Πραξιτέλους τέχνημα, ὁ Ερως αὐτὸς, παῖς ἀνθηρὸς, καὶ νέος, πτέρυγας ἔχων, κὴ τόξα. χαλκὸς ὁ αὐτὸν ἐτύπου, & ὡς ἂν ἔρωτα τυπῶν τύραννον θεὸν, & μέγαν· καὶ αὐτὸς ἐδυνάστευε. οὐ γὰρ ἐνεῖχετο χαλκοῖς εἶναι τὰ πάντα, ἀλλ᾽ ὅσον ἦν, Ερως ἐγίνετο. εἶδες ἂν τὸν χαλκὸν τρυφῶμενον, D

In statuam Cupidinis.

Alterius quoque artis sacræ sermones vaticinari volunt. nefas quippe mihi est sacros non vocare artis fœtus. Cupido erat Praxitelis artificium, ipsemet Cupido, puer, floridus, tener, alis præditus, & arcum tenens. æs autem ipsum informabat: & vt Cupidinem, dominatorem Deum & magnum effingens; ipsum etiam metallum tyrannicè dominabatur: non enim passum fuerat vt æs omnino remaneret: sed quantumcumque fuit, Amor effectus erat. Videas æs deliciis diffluēs,

& mirum in modum carnis teneritudine molleſcens; atque, vt ſummatim dicam, ad neceſſaria complenda, materiam ſibi planè ſufficientem eſſe. ſiquidem ſtriculus erat puer, à maieſtate alienus: æri porro conſonantem vſum coloréve habebat; ac floride adoleſcere cernebatur. Porro motionis effectis priuatus, paratus erat ad motum indicandum. Enimuero in firma ſede collocatus erat: attamen fallebat, quaſi ſublimi motioni dominaretur. quinetiam iactabat ſe profuſus in riſum, igneum quiddam & mellitum ex oculis irradiãs. ibidem videre fas erat, æs affectui obtemperans, & riſus imitationem facilè ac libenter admittens. erectus igitur fuit, ad verticem dextrum inflectens brachiũ altera manu arcum eleuans, & inceſſus, æqui pondium ad læuam inclinans. Etenim ſiniſtri lumbi deflexio à ſuo ſtatu receſſerat, ad æris facilem tractationem ſoliditate infracta. Cincinni verò florigeri & criſpantes caput eius obumbrabant, iuuenili ſublucentes vigore. proinde mirificum iſtud æs erat: ſedenim intuito rubor effulgebat, à ſumma cæſarie excitatus. at contrectanti capillus ſurrigebat, titillatione ſenſum afficiens: mihi certè dum artem contemplarer, ſubierat animum credere Dædalum etiam choream agitatam elaboraſſe: & colorem ſenſus mouiſſe: quãdo Praxiteles in Cupidinis imagine, quædam etiam fermè ſenſa inſeruerat, & ala vim aërem ſecandi ſolerter excogitarat.

A καὶ εἰς δύσαρκίαν ἁπαλαίνως χλιδῶντα· καὶ ὡς βραχέως εἰπεῖν, τὰ ἀναγκαῖα πληρῶν, ἑαυτῷ ἱκανὴν ἔρικε δοκεῖν ὑλην. ὑγρὸς μὲν ἦν, ἀμοιρῶν μεγαλοπρεποῦς. χαλκῷ δ' ἔχων συνῳδὸν τὸ χρεών, δι- ἰν. χρῶτα
B δωθὴς* ἐωρᾶτο. τῷ δ' κινήσεως ἔργων ἐστερημένος, ἕτοιμος ἦν δεῖξαι κίνησιν. εἰς μὲν γὰρ ἕδραν εὔσιμον ἵδρυτο· ἀπαθὴς δ', ὡς ἐπὶ μετεώρῳ κυριεύων φορᾶς· ἐγαυρᾶτο δ' εἰς γέλωτα, ἔμπυρόν τι, καὶ μείλιχον ἐξ ὀμμάτων διαυγάζων. ἐπὶ ἦν ἰδεῖν ὑπακουόντα τῷ πάθει τὸ χαλκοῦν, ἐπὶ δεχόμενον εὐκόλως τὸ γέλωτος μίμησιν. ἵδρυτο δ', εἰς μὲν τὴν κορυφὴν, τὸν δεξιὸν ἀπακάμπτων καρπὸν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ μετεωρίζων τὸ τόξον, καὶ τῷ τῆς βάσεως ἰσορροπίαν ἐπικλίνων ἐπὶ τὰ λαιά. τῷ γὰρ τῆς ἀριστερᾶς λαγόνος σπάσαν, ἀνίει πρὸς τῷ βυθρότητα
C τοῦ χαλκοῦ, τὸ στεγανὸν ἐκκλάσας. πλόκαμοι δ' αὖ τῷ κεφαλῷ ἐσκίαζον ἀνθηροὶ καὶ σύθλοι, νεοτήσιον ὑπολάμποντες ἄνθος. καὶ ἦν θαυμαστὸς οἷος ὁ χαλκὸς. ἵδρωτι μὲν γὰρ, ἔρυθος ἀπέστιλβεν, δι' ἄκρων βοστρύχων αἰρόμενον. ἁφαμένῳ δ', ἡ θρὶξ ὑπεξανίστατο, μαλθακιζομένη πρὸς τῷ αἰσθήσει. ἐμοὶ δὴ θεασαμένῳ τὴν τέχνην, ἐπῆλθ' ὑπονοεῖν ὅτι καὶ χορὸν ποτε κινήσαι (φ)
D Δαίδαλος, καὶ ἔρωτα παρεῖχεν αἴσθησις· ὅπου Πραξιτέλης εἰς τὴν εἰκόνα ἔρωτος ἐνέθηκε μικρὰ καὶ νοήματα, καὶ πτέρυγι τὸν ἀέρα τέμνειν ἐμηχανήσατο.

In ſtatuam Narciſſi.

SYLVA erat, atque in ipſa fons pulcherrimus, ex aqua valde

Εἰς τὸ τοῦ Ναρκίσσου ἄγαλμα.

ΑΛΣΟΣ ἦν· καὶ ἐν αὐτῷ, κρήνη παγκαλος, ἐκ μάλα καθαρᾶς τε, καὶ διαυ-

χοῖς ὕδασος. εἰστήκει δὲ ἐπ' αὐτῇ Νάρ-
κισσος, σὺ λίθου λευκοῦ πεποιημένος.
παῖς ἦν, μᾶλλον ἢ ἥβης, ἡλικιώτης
ἐρώτων, ἀστραπὴν οἵαν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώμα-
τος ἀπολάμπων καλλους. ἦν γὰρ τοιόν
δε τὸ χρῆμα. κόμαις ἐπιχρύσοις ἠστρα-
πτε, καὶ μὲν τὸ μέτωπον, καὶ λιχὼς ἐλισ-
σομένης εἰς κύκλον, καὶ ἢ τὸν αὐχένα,
κεχυμένης εἰς νῶτα. ἔβλεπε δὲ καὶ ἀ-
κράτως γαῦρον, οὐδὲ ἱλαρὸν καθαρῶς.
ἐπιπεφύκει γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασιν ἡ
τῆς τέχνης λύπη, ἵνα μὴ τῷ Νάρ-
κισσου καὶ τῷ τύχῃ ἡ εἰκὼν μιμῆται.
ἐστάλτο δὲ ὥσπερ οἱ ἔρωτες, οἷς καὶ τῆς
ὥρας τῷ ἀκμῇ ἐφοιτήκασι. χρῆμα
ἦν καὶ τὸ κοσμοῦν τοιόνδε. πέπλος λευ-
κανθὴς ὁμοχρως τῷ σώματι τοῦ λίθου,
περιθέων εἰς κύκλον, καὶ δὲ τὸν δεξιὸν
ὦμον, προνίδες ὑπὲρ γόνυ καταβαίνου-
σαι ἐπαύοντο· μόνῃ ἀπὸ τῆς πορπη-
μάτος ἐλευθεροῦν τῇ χειρί. οὕτω δὲ
καὶ ἀπαλὸς, καὶ πρὸς πέπλου γεγονὼς
μίμησιν, ὡς καὶ τῷ τῆς σώματος διαλάμπειν χροάν, τοῦ διὰ τῆς περιβολῆς λευ-
κότητος, τοῦ διὰ τοῖς μέλεσιν αὐγὴν ἐξιέ-
ναι συγχωρούσης. ἔστι δὲ καθάπερ κα-
τόπτρῳ τῇ πηγῇ χρώμενος, καὶ εἰς αὐτὴν
περιχέων τοῦ προσώπου τὸ εἶδος. ἡ δὲ,
τοῦ ἀπ' αὐτοῦ δεχομένη χαρακτῆρας,
τῷ αὐτῷ εἰδωλοποιΐᾳ ἤνυεν, ὡς δο-
κεῖν ἀλλήλοις ἀντιφιλοτιμεῖσθαι τὰς
φύσεις· ἡ μὲν γὰρ λίθος ὅλη, πρὸς ἐκεῖ-
νον μετημλάττετο τὸ ὄντως παῖδα. ἡ δὲ
πηγὴ, πρὸς τὰ ἐν τῇ λίθῳ μηχανήμα-
σι τῆς τέχνης ἀντιγωνίζετο, ἐν ἀσωμάτῳ
χρήματι τῷ ἐκ σώματος ἀπεργαζο-
μένη τοῦ χρήματος ὁμοιότητα, ἐν τῷ ἐκ τοῦ εἰκόνος κατεχομένῳ σκιάσμασι, οἷς πνὰ

A pura, limpida, & pellucida: eo loci Narcissus stabat, è marmore candido confectus. puer erat vel potius adolescens, coæuus Amorum: veluti fulgetrum quoddam è corporis formositate eiaculans. Eiusmodi verò conformatione extitit. aurea cæsarie fulgebat; capillo ad frontem in orbem reuoluto, sed per ceruicem diffuso in terga. Obtutus eius non pure ac planè superbus, neque hilaris omB nino: insitus quippe fuerat in oculis mœror ex arte; vt cum Narcisso, imago etiam fortunam eius imitaretur. Amictus & cultus erat vt Amorum: quibus etiam ætatis & formæ vigore assimilis erat. Porro figura ad ornatum talis fuit; peplus candens, corpori concolor, nempe ex eodem marmore, orbem conficiens: ad dexterum verò humerum fibulæ supra genu descendentes desinebant; solam à fibulaC tione manum eximebat. Ceterum adeo tener erat, & ad pepli imitationem ita pulchrè expressus, vt etiam corporis color transluceret; candore, qui in circuitu nitebat, splendorem in artubus emicantem, egredi concedente. Stabat porro fonte tanquam speculo vtens, atque in ipsum vultus faciem effundens: aqua vero eius notas accipiens, absolutam formæ expressionem perD ficiebat; vt viderentur inter se vicissim naturæ cõtendere, quò se mutuo exprimerent: etenim totum marmor cum illo reapse puero permutabatur; fons autem cum molitionibus artis, quæ in lapide erant, concertabat, dum in figura incorporea speciem figuræ è corpore cõstante efficeret, & adumbrationi comprehensæ, & ab imagine veluti

carneam

carnem quandam aquæ naturam apponeret. vſqueadeò verò viua & animata erat per aquas figura, vt quis ipſum eſſe Narciſſum opinaretur: quem ad fontem profectum forma ſua in aquis conſpecta apud lymphã nymphámve interiiſſe memorant, eò quòd percupiiſſet cum ſimulacro ſuo copulari; & nunc in prato conſpici verna tempeſtate florentem. perſpexiſſes etiam, cùm vnum marmor eſſet, colorem ad oculorum fabricam accommodare, & morum memoriam ſeruare; & ſenſus indicare, & affectus deſignare, & ad capillitij licentiam accedere, in pili flexuram ſolutum. iſtud autem ne verbis quidem exprimi poteſt, vt lapis in humorem laxatus, corpus oppoſitum eſſentiæ ſuæ præbuerit: naturam namque ſolidiorem nactus; ſenſum tamen aliquem deliciarum emittebat, in rarum quendam corporis tumorem diffuſus. quinetiam fiſtulam contrectabat, qua paſtoritiis Diis primitias ſacrauerat, & ſolitudinem cantibus reſonare fecerat, ſi quando muſicis inſtrumentis applicare animum optaret. hunc equidem Narciſſum admiratus, ô iuuenes, etiam ad vos induxi pulcrè expreſſum ad ſacrum Muſarum atrium. Ceterùm ita ſe habet ſermo, vt ipſa quoque ſe ſtatua habebat.

σαρκὸς τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν προσθεῖσα. οὕτω ζῶν ἦν καὶ ἔμπνουν τὸ καθ' ὑδάτων γνῶμα, ὡς αὐτὸν εἶναι δοξάσαι τὸν Νάρκισσον. ὃν ἐπὶ πηγὴν ἐλθόντα, τῆς μορφῆς αὐτῷ καθ' ὑδάτων ὀφθείσης, φασὶ νύμφη τελευτῆσαι λέγουσιν, ἐρασθέντα τῷ εἰδώλῳ συμμίξαι, καὶ νῦν ἐν λειμῶνι φαντάζεσθαι, σὲ ἠρινοῖς ὥραις ἀνθοῦντα. εἶδες ἂν ὡς εἰς ὢν ὁ λίθος, τὸ χρόαν, καὶ ὁμιλιῶν καταστενάξαι πρόθυμος ἦν, καὶ ἠθῶν ἰσοτιμίαν ἔσωζε, καὶ αἰσθήσεις ἐνεδείκνυτο, καὶ πάθη ἐμιμεῖτο, καὶ τοῦ βοστρύχου ἐξοισίαν ἠκολούθει, εἰς τὸ βοστρύχου καμπὴν λυόμενος. τὸ γὰρ ὕδατι λόγῳ ῥητὸν, λίθος εἰς ὑγρότητα κεχαλασμένος, καὶ ἐναντίον σῶμα τῇ οὐσίᾳ προσιέμενος· στερεωτέρας γὰρ τετυχηκὼς φύσεως, χυφερότητος ἀπέστελλεν αἴσθησιν, εἰς ἀραιόν τινα σώματος ὄγκον διαχεόμενος. μετεχαλίζετο δὲ καὶ σύριγγα, ἧς νομίοις θεοῖς αὐτὸς ἀπῆρχε· καὶ πολλάκις ἐρημίαν κατηχὰ τοῖς μέλεσιν, εἴποτε μουσικοῖς ψαλτηρίοις προσομιλῆσαι ποθήσοι. θαυμάσας τοῦτον, ὦ νέοι, τὸν Νάρκισσον, καὶ εἰς ἡμᾶς πρήναγον, εἰς Μουσῶν αὐλιὸν ὑποτυπωσάμενος. ἐγὰ δὲ ὁ λόγος, ὡς καὶ εἰ εἰκὼν εἶχεν.

In ſtatuam Temporis opportuni, ſeu Occaſionis.

Εἰς τὸ ἐν Σικυῶνι ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ.

VOLO etiam tibi Lyſippi opificium oratione exprimere: quod quidem ſignorum ſuorum pulcerrimum artifex fabricatus, Sicyoniis ad ſpectandum propoſuerat. Simulacrum fuit, Tempus opportunum ex ære ſculptum; arte cum natura contendente. Tempus autem, puer

Ἐθέλω δέ σοι καὶ τὸ Λυσίππου δημιούργημα τῷ λόγῳ πρᾶξαι, ὅπερ ἀγαλμάτων κάλλιστον ὁ δημιουργὸς τεχνισάμενος, Σικυωνίοις εἰς θέαν προὔθηκε. καιρὸς ἦν εἰς ἄγαλμα, τετυπωμένος ἐκ χαλκοῦ, πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλλωμένης τῆς τέχνης. παῖς γὰρ ἦν ὁ

καιρὸς ἡβῶν, καὶ κεφαλῆς ἐς πόδας ἐπανθῶν τὸ τῆς ἥβης ἄνθος. λιπῶ δὲ τὸ μὲν ὄψιν, ὡραῖος, σείων ἴουλον, καὶ ζεφύρῳ πνέοντι, πρὸς ὃ βούλοιτο καταλιπὼν τὸν κόμαν ἀνεῖρον. τὸ δὲ χρόᾳ εἶχεν ἀνθηράν, τῇ λαμπηδόνι δὲ σώματος τὰ ἄνθη δηλῶν. λιπῶ δὲ Διονύσῳ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμφερής. τὰ μὲν γὰρ μέτωπα χαρίσιν ἔστιλβεν· αἱ παρειαὶ δὲ ἁπαλαῖς εἰς ἄνθος ἐρυθρώμεναι, νεοτήσιον ὡραΐζοντο, ὑπιβάλλουσαι τοῖς ὄμμασιν ἁπαλὸν ἐρύθημα. εἰσήκει δὲ ἐπὶ τινος σφαίρας, ἐπ' ἄκρων τῶν ταρσῶν βεβηκὼς, ἐπερωμένος τῷ πόδε. ἐπανέφυκει δὲ οὐ νενομισμένως ἡ τρίξ· ἀλλ' ἡ μὲν κόμη κατὰ τῶν ὀφρύων ἐφέρπουσα, ταῖς παρειαῖς ἐπέσκε τὸν βόστρυχον. τὰ δ' ὄπισθεν λιπῶν τῷ καιρῷ, πλοκάμων ἐλεύθερα, μόνῳ τῷ κατὰ χρυσέως βλάστην ὑπιφαίνοντα τὸ τειχος. ἡμεῖς μὲν οὖν ἀφασίᾳ πληχθέντες ποθὲν τὸ θέαν, εἰσήκειμεν, τὸν χαλκὸν ὁρῶντες ἔργα φύσεως μηχανώμενον, καὶ τὸ οἰκείας καταβαίνοντα τάξεως. χαλκὸς μὲν γὰρ ὤν, ἐρυθραίνετο, σκληρὸς δ' ὢν τὴν φύσιν, διεχεῖτο, μαλθακῶς* εἴκων τῇ τέχνῃ ποθὲν ὁ βούλοιτο. ἀσαινίζων δ' αἰσθήσεως ζωτικῆς, σύνοικον ἔχων ἐπισοῦτο τῷ αἴσθησιν. καὶ οὕτως ἐσήρικτο, πάγιον τὸν ταρσὸν ἐρείσας· ἐσῶς δὲ, ὁρμῆς ἐξουσίαν ἔχων ἐδείκνυτο. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμὸν ἥπατα, ὡς καὶ τῆς εἰς τὸ ποθὲν κινεῖσθαι φορᾶς, καὶ ποθὲν τῷ δημιουργοῦ λαβὼν, καὶ τῷ ἀέρος πλῆξιν τέμνει, εἰ βούλοιτο, ταῖς πτέρυξι. καὶ τὸ μὲν ἡμῖν θαῦμα, τοιοῦτον ἦν. εἴς δέ τις τῶν ποθὲν τὰς τέχνας σοφῶν, καὶ εἰδότων σὺν αἰσθήσει τεχνικωτέρᾳ τὰ τῶν δημιουργῶν ἀνιχνεύειν θαύματα,

A erat pubescens: in quo pubertatis flos à capite ad pedes vigebat. facie certè formosus apparebat, lanuginem quatiens, & Fauonio concutiendam quocunque vellet, cæsariem solutam linquens. florigero nitebat colore, splendore corporis flores ostendens: erátque Dionyso maxima ex parte persimilis: atenim frons gratiis emicabat: genæ autem ipsi floris instar rubentes, iuuenili decore fulgebant, tenerum oculis ruborem adiicientes. Stabat B autem in globo quodam summis pedum plantis insistens, quibus alatus erat. capillus non more solito creuerat: verùm coma contra supercilia repens, ad genas cincinnum reuocabat. occiput itaque Temporis cinnorum nexibus liberum fuit, solo à primo ortu insito, apparente capillo. Nos igitur taciturno stupore perculsi hoc spectaculo constitimus, æs naturæ opera moliens cernentes, ac suum propriúmque C statum excedens. nam cùm æs esset, rubebat: & natura durum diffundebatur; molliter cedens arti, quocunque vellet: præterea vitali sensu carens, interiore sensu præditum credebatur. atque ita fultum & stabilitum erat, fixo firmiter talo: stans verò, cōcitati motus licentiam præ se ferebat: oculúmque tibi decipiebat, tanquam si compos esset vlterius pergendi. & accepta ab D artifice facultate aëriam plagam secandi, si vellet, remigio alarum. atque eiusmodi sane erat, quod mirū nobis accidebat. Vnus verò quidam in artibus illustris, & ex eorum numero, qui norunt, cum sensu magis artificioso opificū mirāda indagare,

* μαλθακῶς εἰ

etiam rationis artificio accineret, Temporis potentiam in arte seruatam enarrando: nam quod aligerum est in talis, subindicare pernicitatē, & talaria quib. multum implicans æuum; horis ac tempestatibus annuis inuectum fertur. Porro efflorescentem venustatem referri ad id, quòd omne tempestiuum formosum est: & solus pulcritudinis artifex est Tempus: Omne verò quod defloruit, extra Temporis naturam est. Coma autem ante frontem vagatur, quia tempus accedens sumere facilè est: eo præterito, negotiorum vigens occasio vnâ abit; & neglectum Tempus capere est nefas.

Pindar. Pythioni. Od. IX. Str. IV.

καὶ λογισμοῦ ἐπῆλθε τῷ τεχνήματι, τιμὼ τὸ καιροῦ δωτῆρα, ἐν τῇ τέχνῃ σωζομένην ἐξηυρίσκομος· τὸ μὲν γὰρ πτέρωμα τῶν ταρσῶν, αἰνίσσεται τιμὼ ὀξύτητα· καὶ ὡς πολλὰ ἀνθρώπων αἰῶνα, φέρεται ταῖς ὥραις ἑπόμενον. τιμὰ δὲ ἐπανθοῦσαν ὥραν, ὅτι παῖς ὁ καιρὸν τὸ ὡραῖον, καὶ μόνος κάλλους δημιουργὸς ὁ καιρός· τὸ δ' ἀπηνθηκὸς ἅπαν, ἔξω τῆς καιροῦ φύσεως. τὸ δὲ κρὶ τὸ μετώπου κόμιον, ὅτι προσιόντος μὲν αὐτοῦ, λαβέσθαι ῥᾴδιον. παρῳχηκότος δ', ἢ τῶν πραγμάτων ἀκμὴ συνεξέρχεται· καὶ οὐκ ἔστιν ὀλιγωρηθέντα λαβεῖν τὸν καιρόν.

IN SIMVLACRVM OCCASIONIS. M. P. Ausonij.

CVIVS opus? Phidiæ, qui signũ Palladis, eius,
Quique Iouem fecit, tertia palma ego sum.
Sum Dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris sum. Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego cùm volui.
Crine tegis faciem. Cognosci nolo. Sed heus tu,
Occipiti caluo es. Ne tenear fugiens.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ ΑΓΑΛΜΑ ΤΟΥ Καιροῦ, ΔΗΜΟΥ. Γοσφιστοῦ.

Τίς, πόθεν ὁ πλάστης. Σικυώνιος. οὔνομα δὴ τίς; Λύσιππος. σὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε σ' ἐπ' ἄκρῳ βέβηκας; ἀεὶ θέω. τί δὲ ταρσοὶ
Ποσσὶν ἔχουσι διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χαλκεὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὸν πέλει;
Τὼ γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παρῆλθόν με ποδοῖν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις ἔστικε διδασκαλίην.

A

Εἰς τὸ τοῦ Ορφέως ἄγαλμα.

ΕΝ τῷ Ελικῶνι (τέμενος ἐστὶ Μουσῶν σκιερὸν ὁ χῶρος παρὰ τοῦτο Ὀλμειοῦ τε ποταμοῦ ῥύακας, καὶ πλησίον ἱππίδα Πηγάσου κρήνην) Ορφέως ἄγαλμα* τῆς Καλλιόπης παρὰ τὰς Μούσας εἱστήκει, ἰδεῖν μὲν κάλλιστον. ὁ γὰρ χαλκὸς τῇ τέχνῃ συναπέπεικτο τὸ κάλλος, τῇ δὲ τοῦ σώματος ἀγλαΐᾳ, τὸ μουσικὸν B ἐπισημαῖνον τῆς ψυχῆς. ἐκόσμει δὲ αὐτὸν παρὰ Περσικὴν χρυσῶ κατάστικτος, ἀπὸ κορυφῆς εἰς ὕψος ἀνέχουσα. χιτὼν δὲ ἐξ ὤμων ἀπαγόμενος εἰς πόδας, τελαμῶσι χρυσέοις καὶ τοῖς στέρνοις ἐσφίγγετο. κόμη δὲ οὕτως ἦν βλαυθής, καὶ ζωπικὸν ἐπισημαίνουσα, καὶ ἔμπνουν, ὡς ἅπασαν τὴν αἴσθησιν, ὅτι καὶ τοὺς τὰς ζερφύρου πνοὰς σφομένη δονεῖται. ἡ μὲν δὲ ἑπαυχένιος καὶ νώτου χεθεῖσα, C ἡ δὲ, ὀφρύσιν ἄνωθεν διαδὸν ἐπιφαίνουσα, καθαρὰς τοῦ ὄμματος ἔφαινε τὰς βολάς. τὸ πέδιλον δὲ αὖτε, ξανθοτάτῳ χρυσῷ κατηώθιστο, καὶ πέπλος καὶ νώτου ἄφετος εἰς σφυρὰ κατῆει. μετεχείζετο δὲ τὴν λύραν· ἣ δὲ, ἰσαρίθμους τὰς Μούσας ἔχουσα τοὺς φθόγγους. ὁ δὲ χαλκὸς, καὶ νευρὰς ἐπεκρίνετο· καὶ ποδὸς τὴν ἐκάστου μίμησιν D ἀλλαττόμενος, παθητικῶς ὑπήγετο, μικρᾷ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἠχὼ τῶν φθόγγων φωνὴς γλυόμενος. ὑπὸ δὲ τῶν ποδῶν τὴν βάσιν, οὐρανὸς οὐ τυπωθείς, ἀστέρες τε πλειάδες τὸν αἰθέρα τέμνουσαι, οὐδὲ ἄρκτοι περιστρέφαι τε ὠκεανοῦ λουτρῶν ἄμοιροι, ἀλλ' ὧν πᾶν μὲν ὀρνίθων γλῶς πρὸς τὸ ᾠδεῖον ἐζισάμενον, πάντες δὲ ὄρφοι θῆρες, καὶ ὅσον ἐν θαλάττης μυχοῖς νέ-

*ἰσ. τῶν τ. χ. ἀγ.

In Orphei ſtatuam.

IN Helicone (qui locus vmbroſum Muſarum delubrum eſt, prope Olmij fluminis riuos, & violaceum Pegaſi fontem) Orphei ſtatua Calliopes filij, iuxta Muſas erecta eſt, viſu ſanè pulcherrima: æs enim ſimul cum arte pulcritudinem comparabat: corporis verò ſplendore, concentum animi deſignans. Eum decorabat tiara Perſica auro intertexta, à vertice ad altitudinem eminens. tunica verò ab humeris deducta ad pedes, balteo aureo pectoribus aſtringebatur. Cæſaries adeo florida eſt, & viuidum atque animatum quid præ ſe ferens, vt ſenſum fallat; ſiquidem ad Fauonij auras agitata cietur. atenim quæ in ceruicem propendet, in terga diffunditur; hæc verò bifida à ſupero ſyncipite ſuperciliis imminens, puros oculorum radios detegit. Calceamentum eius auro maximè flauo floridè aſperſum erat, & peplus per dorſum laxatus ad talos pertinebat. Porro lyram contrectabat; quæ quidem ſonos numeris pares Muſis appenſos habebat: æs enim etiam neruos diſtinguebat: & ad cuiuſq; imitationem variatum, morigerè ſubigebatur: vt parum abeſſet, quin ad tonorum conſonantiam vocale redditum eſſet. Cetera ſub pedum fulcro non cœlum erat inciſum, neque Pleiades æthe- *Hom. Il. Σ*
rem ſecantes, neque Vrſæ conuerſiones Oceani lauacrorum expertes: ſed omne auium genus aderat obſtupeſcens ad cantum: itémque omnes feræ montanæ, & quæcunque in maris penetralibus paſcun-

tur. equus etiam demulcebatur, A freni vice concentu detentus: bos quoque, dimissis pascuis, lyræ cantum auscultabat. Ac leonum immitis natura ad melodiam sopita miteſcebat. vidisses etiam æs fluuios effingens, è fontibus ad cantus fluentes, & maris fluctum amore carminis eleuatum, & cautes musica perculsas: atque omne tempestiuum germen è pascuis, ad Orphicam cantilenam properans. at nihil quidem erat quod resonaret, atque lyricam excitaret consonantiam: sed ars ipsa in animantibus affectus amoris musici modulaminis declarabat, atque vt in ære voluptates apparerent, efficiebat: deniq; efflorescentia animantum sensui delinimenta arcano & inexplicabili modo patefaciebat. B

μεταμ. καὶ ἵππος ἐθέλγετο δύπ χαλινῷ πῷ μολπῷ κραδέμενος. ὁ βοῦς ἀφεὶς τὰς νομὰς, τ λυρῳδίας ἤκουε. καὶ λεόντων ἀτελὴς φύσις, πρὸς τ ἁρμονίαν κατηυνάζετο. εἶδες αὖ καὶ ποταμοὺς τυπῶντα τὸν χαλκὸν, καὶ πηγῶν ὄπὶ τὰ μολπῇ ῥέοντας, καὶ κῦμα θαλάσσης ἔρωτι τ ᾠδῆς ὑψούμενον, καὶ πέτρας πληθομένας μουσικῇ, καὶ πᾶσαν βλάστην ὥριον, ἐξ ἠθῶν ἐπὶ τὴν μέσαν τὴν Ορφικὴν ἀναδύσασαν. καὶ ἐδὲν μὲν ἦν ὃ ἠχοῦν, οὐδὲ τὴν ἁρμονίαν τ λυρῳδὸν ἐγείρον· ἡ τέχνη δ', ἐν τοῖς ζώοις τ πρὸς τὴν μουσικὴν ἔρωτος τὰ πάθη κατεμιμεῖτο, καὶ ἐν τῷ χαλκῷ τὰς ἡδονὰς ἐποίᾳ φαίνεσθαι, καὶ τὰ ἐπανθοῦντα τῇ αἰσθήσει τῶν ζώων θελκτήρια, ἀῤῥήτως ἐξέφαινεν.

IN SIGNVM DIONYSII.

DÆDALI sanè integrum fuit C videre in Creta incredibilia ac miranda opera, quæ fabricis occultis agitabantur: vtque aurum ad humanum sensum referendum cogeretur: verùm Praxitelis manus spirantia prorsus conficiebant artis molimina. Nemus fuit, in quo Dionysus constiterat, adolescentis habitum imitatus; ita certè molliter, vt æs cum carne concinnè congrueret. Adeò verò tenerum ac D delicatum corpus habebat, vt ex alia quauis materia potius quàm ex ære conflatus videretur: siquidem, æs cùm esset, erubescebat: & cùm vitæ communionem nullam haberet, eius tamen speciem volebat præ se ferre. quòd si contrectasses, vigore quodam excitabatur: ac reapse quidem solidum & contumax æs erat, sed artificio mollitum,

ΕΙΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΑΓΑΛΜΑ.

Δαιδάλῳ* μὲν ἔξεστιν ἰδεῖν τῷ θεῷ Κρήτῃ πιθύσῃ θαύματα, κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα, καὶ θεὸς δι-θεσπίσιον αἴθουσιν σκιδνάζει* τ χρυσὸν· αἱ δὲ δὴ Πραξιτέλους χεῖρες ζωπυροῦσι διόλου κατεσκευάζουσι τὰ τεχνήματα. ἄλσος ἦν, καὶ Διόνυσος εἰσῆκει, νεανίδος χρῆμα μιμούμενος· οὕτω μὲν* ἁπαλῶς, ὡς θεὸς σαρκὶ μεταῤῥυθμίζεσθαι τὸν χαλκόν. οὕτω δ' ὑγρὸν καὶ κεχαλασμένον ἔχων τὸ σῶμα, ὡς ἐξ ἑτέρας ὕλης, ἀλλὰ μὴ χαλκοῦ πεφυκός. ὁ χαλκὸς μὲν ὢν, ἠρυθραίνετο· ζωῆς δὲ μετεποιεῖτο καὶ ἔχων, ἐβούλετο τ ἰδέαν δηλοῦσθαι. ἁψαμένῳ δέ σοι, θεὸς τὴν ἁφὴν ὑπεξίστατο. καὶ ὄντως μὲν ὁ χαλκὸς ἦν στερεὸς· ὑπὸ δὲ τ τέχνης μαλαττόμενος

κ. διεσκεδασμένον τ. χ. διεσκεδασμένον τ. καὶ πᾶσαν θ. ἰς. Δαιδάλου μ. ἐ. ἰ. τὸ π. κ. ἁπαλῶς. χ. ἁπαλός. ἰς ἁπαλός. (ἢ) ἁπαλῶς

εἰς σαρκα, ἀπεδίδρασκε τῆς χλοὸς τὴν
αἴσθησιν. ἰῶ δὲ ἀνθηρὸς, ἀβρότητος γέ-
μων, ἱμέρῳ ῥεόμενος, οἷ αὐτὸς Εὐρι-
πίδης ἐν βάκχαις εἰδοποιήσας ἐξέφη-
νε. κισσὸς δ' αὐτὸν ἔσεφε θελήθρων ἐν
κύκλῳ. ὡς κισσὸς ἦν ὁ χαλκὸς, εἰς κλῶ-
νας καμπόμενος, καὶ τ' βοστρύχων σὺν
ἑλικτῆρας σὺ μετώπου κεχυμένους ἀ-
ναστέλλων. γέλωτος ἦ ἔμπλεως, ὃ δὴ ἐκ
παντὸς ἰῶ ἐπέκεινα θαύματος, ἡδονῆς
ἀφορμὴν τῇ ὕλῃ τεκμήρια, καὶ τῇ
παθῶν δήλωσιν ὑποκρίνεσθαι τὸν χαλ-
κόν. νεβρὶς ἦ αὐτὸν ἔσκεπεν, οὐχ οἵαν
εἴωθεν ὁ Διόνυσος ἁρπάζειν, ἀλλ' εἰς τ'
δορᾶς μίμησιν ὁ χαλκὸς μετεβάλ-
λετο. εἰσῆκει ἦ τ' λύραν ἐπερείδων τῷ
θύρσῳ· ὁ ἦ θύρσος, ἠπατα τὴν αἴσθη-
σιν· σὺ χαλκοῦ πεποιημένος, χλοερόν
τι, καὶ τεθηλὸς ἀποσκιδνὰν ἐδόκαζεν,
πρὸς αὐτὴν ἀμειβόμενος τὴν ὕλην.
ὅμμα ἦ ἰῶ πυρὶ δαιζὲς, μανικὸν
ἰδεῖν. ἐκ γὰρ τὸ βακχεύσιμον ὁ χαλκὸς
συνεδείκνυτο, καὶ ἐπιθάζειν ἐδόκει· ὥσ-
περ οἶμαι ἐκ Περξιτέλους καὶ τ' βάκ-
χον ἐγκαταμίξαι δυνηθέντος.

A in carnem pulposam, manus contactum subterfugiebat. Ceterùm floridus, teneritudine refertus, cupidine diffluens erat: qualis Euripides ipse in Bacchis exacta simulacri fictione expressit. hedera certè ipsum redimibat, cingens in orbem: æs quippe, vt hedera, in ramos se incuruabat; ac cincinnorũ nexus à fronte fusos reprimebat. totus porrò in risum effusus; quod certè omne miraculũ excedebat, cùm voluptatis indicia suppeditaret materia, & metallum designationé affectuũ æmularetur. hinnuli membrana ipsum obtegebat, non qualẽ Dionysus solebat appensam habere, sed ad pellis imitationem conformatum erat æs. Porrò stabat lyram thyrso fulciens: ac thyrsus etiam sensum fallebat. quippe qui ex ære fabricatus virens quiddam ac florens emicare putabatur; cum ipsa certans materia. Præterea oculus igne rutilans, furiosum intuebatur: sedenim metallum vim bacchantem indicabat, & furore accendi videbatur: perinde, opinor, ac si Praxiteles Bacchicum œstrum inserere valuisset.

Εἰς τὸ Μέμνονος ἄγαλμα.

IN SIGNVM MEMNONIS.

Ἐθέλω δέ σοι, καὶ τὸ Μέμνονος ἀφη-
γήσασθαι θαῦμα. καὶ γὰρ ὄντως θρά-
σος ἡ τέχνη, καὶ κρείττων ἀνθρωπί-
νης χειρός. τοῦ Τιθωνοῦ Μέμνονος εἰ-
κὼν ἰῶ σὶ Αἰθιοπίᾳ, σὶ λίθου πε-
ποιημένη· οὐ μὴν σὶ τοῖς οἰκείοις ὅροις
ἔμενε λίθος ὤν· οὐδὲ τὸ τῆς φύσεως
σιγηλὸν συνεῖχε, ἀλλὰ καὶ λίθος ὢν,
εἶχεν ἐξουσίαν φωνῆς. νυῶ μὲν γὰρ
ἀύριον τὴν ἡμέραν, προσεφθέγγετο, ἐπιμαίνων τῇ φωνῇ τὴν

VOLO etiã tibi Memnonis miraculum cõmemorare: nam stupenda verè fuit ars, & humana manu præstantior. Memnonis Tithoni filij simulacrum erat in Æthiopia è marmore sculptum: veruntamen id suis in limitib. non remanserat, neque taciturnam naturam retinebat: sed cùm saxum esset, vocis facultatem habebat: nunc enim orientem diem alloquebatur, voce gau-

dium deſignans, & ob matris præ-
ſentiam exhilaratus: modò ad no-
ctem inclinata die, miſerandum &
anxium quiddam gemebat marmor
ob abſentiam mœrore affectum.
neque verò lacrymis carebat; quin
has quoque voluntati miniſtrantes
habuit. ac Memnonis talis imago
fuit, ſolo corpore humano mihi dif-
ferre viſa. à fortuna verò quadam
& propoſito ſimili, impulſa rege-
batur. ea porrò quæ triſtitiam ad-
ferrent immixta habebat: rurſuſ-
que ipſum voluptatis ſenſus occu-
pabat; ab vtriſque affectibus per-
culſum. ac Natura quidem lapidum
ortum ſoni expertem, ac ſtupidum
produxit, & neque à dolore mo-
derari volentem, neque lætari ſci-
entem, imo & omnibus caſibus in-
uulnerabilem. Illi verò Memnonis
marmori & iucunditatem conceſ-
ſit, & cautem cruciatui admouit.
itaquè hanc ſolam nouimus artem
quæ ſenſa ſaxo & vocem inſeruit.
Enimuerò Dædalus ad motionem
vſque generosè attentauerat; atque
illius artificium vim materias mu-
tandi, & loco transferendi, & ad
choream excitandi habebat: verùm
arduum ipſi, atque imperuium o-
mnino fuit, opera voce prædita
moliri. ſed Æthiopum manus mea-
tus in iis quæ inacceſſa atque inuia
erant excogitarunt, & taciturnita-
tem marmoris amouerunt. Illi certè
Memnoni reſpondere Echum fa-
ma eſt, quoties loqueretur; & lugu-
bre lamentanti, flebile carmen re-
mittere: lætanti autem ſonum æ-
mulum reddere. denique illud opi-
ficium interdiu mœrores ſopiebat,
nec filiũ quærere permittebat; quaſi

A χαραὶ, ἡ ἀπὸ παῖς τῆς μητρὸς παρ-
ουσίαις φαιδρυνόμενον· νυῶ δ' ἀπο-
κλινομένης εἰς νύκτα, ἐλεεινόν τι, καὶ
ἀλγεινόν ἔστενε, πρὸς τὴν ἀπουσίαν
αὐτῶ μένος. ἦπορε δὲ οὐδὲ δακρύων ὁ
λίθος, ἀλλ' εἶχεν ὑπηρετούμενα τῇ βου-
λήσῃ καὶ ταῦτα. ἡ δὲ τοῦ Μέμνονος ἡ εἰ-
κὼν, μόνῳ τῷ ἀνθρωπείῳ διαλλάτ-
τειν μοι δοκοῦσα σώματι, ὑπὸ τῆς τύ-
χης τινὸς ὁμοίας, ἡ προαιρέσεως ἀ-
γομένη, κατευθύνετο. εἶχεν οὖν ἐγ-
κεκραμένα καὶ τὰ λυποῦντα· καὶ πάλ-
λιν ἡδονῆς αἴσθησις αὐτὸν κατελάμ-
βανεν, ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν παθῶν
πληττόμενον. καὶ ἡ μὲν φύσις, τὴν λί-
θων χύσιν ἄφθογγον παρήγαγε, καὶ
κωφὴν, ἡ μήτε ὑπὸ λύπης ἐθέλου-
σαν διοικῆσαι, μήτε εἰδυῖαν ἡσθῆναι,
ἀλλὰ ἡ πάσης τύχης ἄτρωτον. ἐκεί-
νῳ δὲ τῷ Μέμνονος λίθῳ καὶ ἡδονὴν
προέδωκεν ἡ Φύσις, καὶ πέτραν ἀνέ-
μιξεν ἀλγεινῷ. καὶ μόνῃ ταύτῃ ἐπι-
στάμεθα τὴν τέχνην, νοήματα λίθῳ,
καὶ φωνὴν συνθεῖσαν. ὁ μὲν γὰρ Δαίδα-
λος, μέχρι μὲν κινήσεως συνανιύε-
το, καὶ δυνάμιν εἶχεν ἡ σφετέρου τέχνη
ἑστάναι τὰς ὕλας, ἡ εἰς χορείαν κι-
νεῖν. ἀμήχανον γὰρ ἦν, καὶ παντελῶς ἄ-
πορον, καὶ φωνῆς μέτοχα προαμα-
θύνεσθαι τὰ ποιήματα. αἱ γὰρ Αἰθιόπων
χεῖρες πόροις τ' ἀμηχάνων ἐξεῦρον, καὶ
τ' ἀφωνίαν ἐξενίκησαν τ' λίθου. σιέ- το ἐξανίκησαν
νῳ τῷ Μέμνονι καὶ τὴν Ἠχὼ λόγος ἀν-
τηχεῖν, ὁπότε φθέγξοιτο· καὶ χορὸν μὲν
σενάζοντι, χορὸν ἀντιπέμπειν μέλος·
ὑπαθοῦντι γὰρ, ἀνταποδίδοναι τὴν ἠχὼ ἀντίμιμον. σιεῖνο δὲ δημιούργημα
ἡ τῇ ἡμέρᾳ τὰς ἀνίας σιοίμιζε, ἡ σκιεία μαστὸν ὦ παῖδα, ὡς ἂν ἀνα-

θείσης αὐτῷ τὴν Αἰθιόπων τέχνης τ' ἂν A quasi Æthiopũ ars hoc solatio compensaret Memnonẽ fato peremptũ.
τ' εἰμαρμένης ἀφανισθέντα Μέμνονα.

Εἰς τὸ Ασκληπιοῦ ἄγαλμα.

IN SIGNVM ÆSCVLAPII.

Εἶτα τὸ μὲν ἀργῶον σκάφος ἔμ-
φρονον ὑλαίας πειθόμεθα, τὸ δὲ τῆς Α-
θηνᾶς τεχνηθὲν χάρων, ᾧ καὶ πλεῖ σὺ ἄ-
στροις ἐκληρώσατο τύχην· ἄγαλμα δὲ
οὐ πειθόμεθα, εἰς ὃ τὰς δυνάμεις Α-
σκληπιὸς αὐλίσει, τὸν προνοητικὸν ἐπεί- B
σαντα νοῦν, ἐπὶ πλεῖ ἑαυτῷ κοινωνίαν τῆς
ἰσ. τὰς νό- σε *νικώσης τὴν δύναμιν πρέπειν. ἀλλ'
σους νικώ- εἰς μὲν ἀνθρώπινα σώματα κατάγε-
σας. θαι τὸ θεῖον δώσομεν, σὺν δὲ μιαν θη-
ναι παθήμασιν· ὃ πειθόμεθα μή, εἰ μὴ
δι' ἔλεγχον κακίας *προσπέφυκεν. ἐμοὶ
μὲν οὖν, οὐ τύπος εἶναι δοκεῖ τὸ ὁρώμε-
νον, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας πλάσμα. ἰδοὺ γὰρ
ὡς καὶ αὖ ἠθοποιήτος ἡ τέχνη, ἀλλ' ἐνθ-
κουσαμένη τὸν θεὸν, εἰς αὐτὸν ἐξίσα- C
ται. ὕλη μὲν οὖσα, θεοφιλὲς ἀναπέμπει
νόημα· δημιούργημα δὲ χρὼς τυχά-
νουσα, ἃ μὴ δημιουργίας ἔξεστι, προσάπ-
τει, τεκμήρια ψυχῆς ἀῤῥήτων ἀποπ-
τοῦσα. προσώπου δέ σοι θεασαμέ-
νῳ, δουλοῦται πρὸς αἴσθησιν. οὐ γὰρ εἰς
κάλλος ἐπίδοτον ἐκμάττεται, ἀλλὰ
παγὰν ἵλεων ἀνακινεῖ ὄμμα· βάθος
ἄφρασον ὑπαστράπτει, σεμνότητος αἰδοῖ D
μιγείσης. πλοκάμων δ' ἕλικες ῥεόμε-
νοι χάρισιν, οἱ μὲν εἰς νῶτα τεθηλότες,
ἄφεδοι κέχυνται. οἱ δ' ὑπὲρ μετώπου
πρὸς τὰς ὀφρῦς ἐπιμειδιῶντες, τοῖς ὄμ-
μασιν εἰλοῦνται. οἷς δὲ καὶ τῆς ζωϊκῆς
αἰτίας κἀκεῖνοι καταρδόμενοι, εἰς πλοῦ
τὴν βοστρύχων καμπὴν συνελίττονται,
τῷ νόμῳ τῆς τέχνης μὴ πειθομένης τῆς ὕλης, ἀλλὰ νοήσης ὅτι σχηματίζει θεὸν,

DEINDE Argo nauem vocalem extitisse credimus, vt Mineruæ manibus fabricatam, cui etiam Dea regionem inter astra sorte assignauit: Statuam verò non credimus eiusmodi fuisse? in quam vires Æsculapius infundit, & prouidentem inducit mentem ad sui communionem, vt* victricem morborum potentiam decet. verùm in corpora humana sanè numen deduci concedemus; ibíque affectibus maculari: at id minimè credemus, bono vitiosi quiddam, potius quàm recti, præter naturam accedere. mihi quidẽ simulacrũ non videtur, quod cernitur; sed veritatis figmentũ. Ecce enim, vt non morũ simulatrix ars, sed imaginem Dei exprimens, in ipsum demigrat: & materia cùm sit, Deiformem intellectum emittit: & manus opificium existens, ea quæ opificiis non licet, præstat, dum animæ arcanorum indicia certa parit. vultus autem tibi intuenti, sensum in seruitutem redigit: Etenim non ad decus adiectitium cõformatus est, sed, vt Pæan, hilarẽ & propitiũ excitat oculum: ac profunditas inexplicabilis sub grauitate fulget, verecundia admixta. Cinnorum autem circuli fluentes Gratiis, partim in terga florentes liberè funduntur, partim super fronte ad supercilia pertinentes oculis inuoluuntur. deinde quasi vitali scatebra, etiam ipsi irrigati, in flexũ comæ nodorum complicantur, artificij legi, materia non obtemperãte; sed percipiente se Deum effingere,

Hic interpres sua tantùm coniecturis nititur.

& opus esse dominatu. Cetertim cùm ea quæ oriuntur interire soleant, Signi forma, vt sanitatis vim & naturam præ se ferens, vigore interitus experte acquisito floret. Nos certè tibi, fili, sermones iuueniles & Memoria editos exorsi sumus; (sedenim ita hortaris, opinor) verùm alacres & prompti iam sumus ad accinendum tibi canticum, si Sanitatem tribueris.

In Cupidinem alterum Praxitelis.

DEVM ne in vrbis arce spectasti, quem Praxiteles statuit? si quidem tibi artis operæ pretium exhibere opus est; is nimirum puer fuit mollis & tener, artificio metallum ad mollem & iuuenilem venustatem emolliente. Deliciarum ac desiderij plenus erat, & pubis florem indicabat. hæc autem omnia videre integrum erat ad artificij nutum mutari. Atenim mollis erat, cùm naturam teneritudini repugnantem haberet; & ad humidum traducebatur, æs humore vacuum: ac totum è natura sua migrabat metallum; limites suos ad verum simulacrum transferens: atque exors spiritus, etiam spirantem auram subibat. Etenim quæ materia non acceperat, neque procreantem habuerat, horum ars copiam suggerebat. porrò genas rubore suffusas habebat, quod admirabile profecto fuit, æs ruborè parere. Præterea puerilis ætatis erat, elucente flore. & comæ cincinni, supercilia ipsi premebant. Sed dum cingulo cæsariem capitis coronaret, & à superciliis capillos diademate remoueret, nudā à nexibus capillorum frontè seruabat. Interim autem dum per partes expen-

---

Εἰς (ν) Πραξιτέλους ἔρωτα.

Τεθέασαι τὸν θεὸν ἐπ' ἀκροπόλει, ὃν Πραξιτέλης ἵδρυσεν, εἰ δεῖ σοι τῆς τέχνης ἐπαινῆσαι τὸ πρᾶγμα. παῖς ἦν ἁπαλός τε, καὶ νέος, πρός τε μαλθακόν τε, καὶ νεοτήσιον τῆς τέχνης τὸν χαλκὸν μαλαπάσης. χλιδῆς δ' ἦν, καὶ ἡμέρᾳ μεσοῦ, καὶ τὸ τῆς ἥβης ἐφαίνετ' ἄνθος. πάντα δ' ἦν ἰδεῖν πρὸς τὸ τῆς τέχνης βούλησιν ἀμείβόμενα. καὶ δὴ ἁπαλὸς ἦν, μὴ μενεῖ τῇ ἁπαλότητι τὸν ὄγκον ἔχων· καὶ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἤγετο, ἐστερημένος ὑγρότητος. καὶ ὅλος ἐξέβαινε τῆς αὖ φύσεως ὁ χαλκός, τοῦ ὅρους εἰς τὸν ὑλικὸν τύπον μεθιστάμενος. ἄμοιρος δ' ὢν πνεύματος, καὶ τὸ ἔμπνουν ὑπεδύετο. ἃ δὲ μὴ πρόσλαβεν ὕλη, μηδὲ εἶχε τὸν φυῶτα, τούτων ἡ τέχνη τὸν ὄγκον ἐποεῖτο. κινοῦντο δὲ τὰς ὄψεις ἐρυθήματι· ὃ δὴ καὶ παράδοξον ἦν, χαλκὸν πυκτόμενον ἐρυθρὸν. καὶ παιδικῆς ἦν ἡλικίας, ἄνθος σὺν λάμπων. κόμης δὲ εἶχεν ἕλικας ταῖς ὀφρύσιν ἐπικαίνοντας. ὁ δὲ τελαμῶνι καταστέφων τὴν κεφαλῆς κόμην, καὶ σὺν τῷ ὀφρύων ἀποδούμενος τῷ διαδήματι τὰς τρίχας, γυμνὸν πλοκάμων ἐτήρει τὸ μέτωπον. ὡς δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐξητά-

ζομεν τὴν τέχνην, ☙ τὰ ἐν αὐτῇ ὑ ἄλ- A dimus artem, & ſaltus qui in ipſa
ματα, ἀφασίᾳ πληχθέντες εἰσήκειμεν. ſunt, taciturno ſtupore icti conſti-
ὁ, τε γὰρ χαλκὸς ὑπεραφῆ ☙ λιπῶσαν timus: æs namque compactam, o-
ἐπεδείκνυτο τὴν σαρκα, ☙ πρὸς τὴν pimam, ac nitidam indicabat car-
τ' ἶτος μίμησιν μεθηρμόζετο, ὅτε μὲν, nem; & ad capillitij imitationé ac-
βοστρύχων οὔλων πλοκαῖς σὺν ἐξυ- commodabatur; interdum criſpo-
τὸμους· ὅτε ὑ, θελοίση τῇ τριχὶ σκὰ- rum nodorum inuolucris implici-
δον κτὶ νώτῳ χεθεῖσα συναπλοῦς, tum: interdum ſpontaneo crine per
ὅτε ὑ ὑπτείνας τὰ μέλη πρὸς τὸ σώ- terga fuſo, extenſum & explicatum:
τονον μεθισάμενος. ὅμμα ὑ ἱμερώδες interdum artus intendebat, ad fir-
αἰδοῖ συμμιγές, ἀφροδισίῳ ἐρεθισικοῦ B mum tenorem redactum. Aſpectus
γέμον χαρίτος. ἡ γὰρ ἤδη ζηλᾶν ὁ χαλ- porrò ſuauitatẽ verecundiæ admix-
κὸς τὸ ἐρασμιον· ☙ ὑπήκουσα ἐθελοντὶ tam habens, venerea gratia amato-
τῷ εἰδώλῳ χαυροῦσα. ἀκίνητος ὑ ὡς ria redundabat. Enimuerò metal-
ὁ ὄφις, ἔδοξεν δὴ σοι κινήσεως με- lum nouerat amabilem æmulari in-
τέχειν, ἢ εἰς χορείαν ὑπερπίζεσθαι. dolem, & obtemperare ſimulachro
χ. ὑπακοῦσαι ἐ. τ. ἐ. χαυρῶσαι ſuperbè geſtienti. Denique celebre
iſtud æs motus expers, vtique mo-
tionis particeps tibi videretur, & ſe
ad choream accingere.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΚΕΝΤΑΥΡΟΥ.

IN CENTAVRI STATVAM.

Εἰς ἱερὸν εἰσιὼν σεμνόν τ, ἢ μέγα, ὁ C Ingressvs in templũ ingens
τὴν καλλίστην εἰκασίαν, εἰς ἑαυτὸ με- ac venerabile quod pulcherrimam
θῆκεν, ἐν τοῖς προπυλαίοις τ νεὼ ἱδρυ- in ſe formam cõtinebat, veſtibulum
μένον θεῶμαι Κένταυρον, ἢ δύδρι, ἢ ante ipſum primóq; in limine Cen-
τὴν Ομήρου εἰκόνα, ἀλλὰ θηρίῳ πα- taurum video, non viro, ex Home-
ραπλήσιον ὑλήεντι. αὐθρωπος μὲν ἄχρι rica imagine, ſed belluæ ſyluicolæ
λαγόνος καπὼν ὁ κένταυρος, ἐς ἵππου aſſimilem. homo quippe erat vſ- ὀφρῦς. ἀ
βάσιν τετρασκελῆ λήγων. τ* δὲ ἵππων, que ad ilia deſcendendo Centau-
ἵ. τὸν δὲ ἵππον ἢ τὸν ἄνθρωπον ☙ τ ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἐξ ἡμισείας rus, in equi greſſum quatuor cru-
τεμοῦσα, εἰς ἓν σῶμα συνήρμοσε, τὸ ribus nixum deſinebat. etenim e-
μὲν, ἀποκρίνασα τ μερῶν, τὰ ὑ ἀλλή- quum & hominem Natura à dimi-
λοις τεχνησαμένη σύμφωνα. τῆς μὲν D dio ſecans in vnum corpus compe-
γὰρ ἀνθρωπίνης, ὅσον ἀπ' ἰξύος εἰς ἄ- gerat, partim artubus quibuſdam
κραν ὑποφέρει τ βάσιν, ἀφεῖλε. τ ὑ ſecretis, partim ſibi inuicem con-
ἵππου σώματος, ὅσον εἰς ὀμφαλὸν κα- ſonantibus fabricatis: ſedenim à
ταβαίνῃ τεμοῦσα, τῷ ἀνθρωπείῳ συνῆ- forma humana, quantum à lumbo
ρε τύπῳ. ὡς τ μὲν ἵππον, τὴν κεφα- ad imos pedes ſubtenditur, de-
λὴν ποθεῖν ἢ τοὺς αὐχενίους τένοντας, ☙ traxit: equino autem corpori ad-
emptam reliquam partem ab vm-
bilico deſcendentem, humanæ effi-
giei contribuit: ita vt equus caput
deſideraret, & ceruicales toros, &

Mulier quæ mundo ac ornamentis dat operam, excolit id quod deficit, metuens ne deprehendatur, quod non habet. Quam verò natura pulchra finxit, nihil opus habet accessoriis & ascititiis, vt contenta sibi tota atque absoluta perfectione. Oculorum autem delineationes, & comarum appositiones, atque picturæ maxillarum, labrorúmque tincturæ, & si quod est elegantię medicamentum, & si quis ex fuco existens dolosus flos, inuenta sunt ad deficientium emendationem. Simplicitas autem expers comptionis, reuera est venusta ac elegans. Itaque si maximam in teipsam spem & fiduciam ponis, ob eam caussam magis meus in te amor exardescit; & incuriam quasi testimonium puto confidentiæ formositatis. Non enim pingis vultus, neque in cerearum mulierum numero censeris, sed in his quæ remoto omni dolo, formosæ sunt; quemadmodum maiores etiam fuerunt, quarum amore capta sunt, etiam aurum, & bos, & aqua, & aues, & dracones. At fucus, cera, Tarantinum, fructiferi angues, & aureæ pedicę, sunt Thaïdis & Aristagoræ atque Laïdis medicamenta.

Deliciis.

Cuias es quæso dic adolescens, quod adeò rigidum & crudelem in amorem animum geris. è Sparta dices. An igitur ignoras Hyacinthum, neque de vulnere coronam reportasti? Sed è Thessalia. Non igitur te docuit vel Achilles Phthiotas? At Atheniensis. Harmodiũ igitur & Aristogitonem, an non prętertisti? Verùm ex Ionia. Et quid illo solo lasciuius,

τὸ ζώου τὸ γαῦρ(ῳ), καὶ τέχνη φαρμακεύσεις τὸ ἄσκημα ἐπανορθοῦσθαι τῆς φύσεως τὰ λείποντα.

Γυναικί.

Ἡ καλλωπιζομένη γυνὴ θεραπεύει τὸ ἐλλιπές, φοβεμένη φωραθῆναι ὃ οὐκ ἔχει· ἡ Φύσις καλή, οὐδενὸς δεῖται τῶν ἐπικτήτων· ὡς τοιοῦτον καὶ αὐτὴ πρὸς παῖν τὸ ὁλόκληρον. ὀφθαλμοὺς ὑπογραφαὶ καὶ κομμῶσεις, καὶ ζωγραφίαι φρυῶν, καὶ χλιάνα βαφαὶ, καὶ εἴ τι κομμωτικῆς φαρμακον, καὶ εἴ τι καὶ φυκίδος δολερὸν ἄνθος, ἐπανορθώσεις τῶν ἐνδεοῦς εὑρέθη· τὸ δ' ἀκόσμητον, ἀληθῶς καλόν. ὥστε εἰ μάλισσα πεποιθυῖας σεαυτῇ καὶ πεθάρρηκας, διὰ τοῦτό σε μᾶλλον ἀγαπῶ· μαρτύριον τὸ ἀτρεμαῖον ἦθος καὶ σὺν θυμορφίᾳ πίστεως. οὐ γὰρ κονιᾷς τὰ τοιοῦτα, οὐδὲ ἐν ταῖς κηρίναις τέτακαι γυναιξίν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀδόλως καλαῖς· οἷα καὶ αἱ πρόσφαγῆσαν· ὧν χρυσὸς ἦρα καὶ βοῦς καὶ ὕδωρ καὶ ὄρνιθες καὶ δράκοντες. τὸ δὲ φυκίον καὶ ὁ κηρὸς καὶ τὸ Ταραντινον, καὶ οἱ ἐπικάρπιοι ὄφις, καὶ αἱ χρυσαῖ πέδαι, Θαΐδος καὶ Ἀριστογόρας καὶ Λαΐδος φάρμακα.

Μισογύνῳ.

Πόθεν εἶ μειράκιον, εἰπέ· οὕτω σὺ ἀτέγκτως ἔχεις πρὸς ἔρωτα. ἐκ Σπάρτης, ἐρεῖς· οὐκ εἶδες οὖν Ὑάκινθον, οὐδὲ ἐστεφανώσω τὸ τραύματος; ἀλλ' ἐκ Θετταλίας. οὐκ ἐδίδαξέν σοι οὖν σε οὐδὲ ὁ Φθιώτης Ἀχιλλεύς; ἀλλὰ Ἀθηναῖος. Ἁρμόδιόν(ῳ) οὖν καὶ Ἀριστογείτονα οὐ προῆλθες; ἀλλὰ ἀπ' Ἰωνίας. καὶ τί τῆς γῆς ἐκείνης ἀβρότερ(ον);

ὅπου Βράγχοι καὶ Κλάριοι Ἀπόλλωνος καλοί. ἀλλ' οὐ Κρήτης. ὅπου πλεῖστος ὁ ἔρως, ὁ τὰς ἑκατὸν πόλεις περιπλέων. Σκύθης μοι δοκεῖς καὶ βάρβαρος· ἀπ' ἐκείνης τῆς βωμοῦ καὶ τῶν ἀξένων θυμάτων. ἔξεστιν οὖν σοι τὸν πάτριον πᾶσαν νόμον. εἰ σώζειν θέλεις, λάβε τὸ ξίφος. οὐ φθαρτέμαι. μὴ φοβηθῇς. ἐπιθυμῶ καὶν τραύματος.

A vbi sunt Branchij & Clarij Apollinis deliciæ. Sed è Creta. Vbi plurimus amor, centum illas vrbes circumnauigans. Mihi quidem Scytha videris & Barbarus: Ab illa ara & inhospitalibus sacrificiis. Licet itaque tibi patriam consuetudinem atque legem colere. Si seruare non vis, capias ensem. Non recuso. Ne metuas. Expeto etiam vulnus.

Γυναικί.

Vxori.

Εἰ Λάκαινα ἦσθα, ὦ καλή, τὴν Ἑλένης ἂν ἐμνημόνευσας καὶ τὴν Νέω. εἰ Κορινθία, τὴν Λαΐδος κώμων· εἰ Βοιωτία, τὴν Ἀλκμήνης γάμων. εἰ τῆς ἐξ Ἤλιδος, καὶ ἤκουσας τὸν Πέλοπος δρόμον· καὶ ἐζήλωσας τιν' αὐτῶν θαρρῶν γαμηθεῖσαν. καὶ ἐθαύμασας τὸν Ἀλφεόν. καὶ ἔπιες τῆς Νυμφίης. ἢ ὁ Τυρὼ, τῷ Ἐνιπεῖ ἐπενήξατο· ἦν γὰρ ἀγαθὴ καὶ μεγάλων ἐρώτων ἀξία. δοκεῖς δέ μοι μηδὲ Θεσσαλὴ τις εἶναι. πάνυ γὰρ καὶν τῷ ἔρωτι ἔθυες. μηδὲ Ἀττική. τὰς γὰρ Γαννυχίδας καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰ Μενάνδρου δράματα, οὐκ ἂν ποτε ἠγνόησας. ἀλλ' εἰ καὶ βάρβαρος εἶ, καὶ μία τῶν ἀπὸ Θερμωδόντος παρθένων· ἀλλ' ἔν γε καὶ τούτοις λόγος νεανίσκοις συμπλέκεσθαι, καὶ πίπτειν σκληροῖς. ἀλλὰ μὴ Θεσσαλὴ καὶ Σιδωνία; καὶ μιᾶς καὶ τούτων ἔρως ἥψατο· καὶ ἡ μὲν, τῷ Νίνῳ συνεπλάκη. ἡ δὲ τῷ Βοιωτῷ. ἔοικα βύρσης σε, εἰ μὴ κακὸς εἰμὶ καὶ φαῦλος φυσιογνωμονεῖν· Δαναὸς σοι πατὴρ, χεὶρ σκαίνη καὶ *λῆμα φονικόν. ἀλλὰ καὶ ἐκείνων τῆς τῶν ἀνδροφόνων παρθένων, νεανίσκων φιλοῦντος ἐφείσατο. οὐ χαλεπαίνω σοι· οὐ δακρύω. πλῆσον τὸ δρᾶμα· ἵνα μου φαύσῃς καὶν ξίφει.

B Si Lacæna esses, ô pulchra; Helenæ meminisses, & Neæ. si Corinthia, Laïdis amorum. Si Bœotia, Alcmenes nuptiarum. Si ex Elide, non audiuisti Pelopis cursum: non ad æmulationē eius quæ de theatro rapta est, te composuisti. non mirata es Alpheū, non gustasti Nymphium. Tyro verò, ad Enipum adnatauit, & piscanti in mare se obtulit: Erat enim bona magnísque amatoribus digna. Neque verò Thespesiaca mihi videris esse. Prorsus C enim litasses amori, neque Attica. Etenim peruigilia & festos dies atque Menandri Dramata non ignorares. Sed etiamsi es Barbara, atque vna de Thermodontis virginibus: tamen has etiam fama est rem cum adolescentibus habuisse, & furtim partum edidisse. At verò Thessa & Sidonia. Atqui has etiam amor tetigit, & alia, Nino se commiscuit, alia Bœoto. Videor mihi tuum genus inuenisse, nisi diuinandi sum D imperitus & ignarus. Danaus tibi pater, manus illa & *animus* homicida. Sed ex illis etiam virginibus quæ viris mortem obtulerunt, quædam amanti iuueni pepercit. Non tibi me supplicem ad pedes abiicio. Non lachrymas effundo perfice Drama, vt me tangas vel ense.

* κῆμα

Vxori.

Si temperans es, cur mihi soli? si gratificaris, cur non & mihi?

Deliciis.

Quoniam pauper sum, idcirco tibi contemptior & abiectior videor. Atqui etiam Amor ipse nudus est, & Gratiæ & astra. Video ego etiam Herculem in picturis, pelle leonis indutum, & plerumque somnum humi capere. Apollinem verò etiam tenui amictu, vel currentem, vel iaculantem. At Persarum reges, luxum amplectuntur, & in sublimi sedent, auri copia sibi grauitatem adsciscentes. Itaque magnas clades ab egenis Græcis victi acceperunt. Pauper erat Socrates. At subibat eius lacerum pallium Alcibiades pecuniosus. Paupertas enim non est in crimine ponēda: neque vniuscuiusque culpā fortuna purgat mutua communicatione. Respice ad theatrum. Populus ex pauperibus constat. Respice ad Curias. Pauperes sedent iudices. Respice ad prælia. splendidi & armis vtentes aureis, aciem deserunt. Nos verò strenuos nos præbemus. In ipsis etiam quæ ad vos pulchros ac formosos pertinent, considera euentum. Pecuniosus iniuriam infert persuaso, quasi empto. Pauper gratiam habet, vt miserationem adeptus. Ille gloriatur, & prædicat venatum. Pauper silentio inuoluit. Rursum splendidus factum acceptum refert facultati suæ potentiæ: Pauper dantis benignitati. Locuples nuncium mittit adulatorem & parasitum, atque coquum, & omnino aliquos de mensa. Pauper semetipsum, vt ne in hoc quidem honor absit ab eo, quod ipse rem gerit ac administrat per se.

A

Γυναικί.

Εἰ σωφρονεῖς, διὰ τί ἐμοὶ μόνῳ. εἰ χαρίζῃ, διὰ τί μὴ κἀμοί.

Μενεκλεῖ.

Ὅτι πένης εἰμὶ ἀπιστοῦμαί σοι δοκῶ, ἐμοὶ μὲν καὶ αὐτὸς ὁ ἔρως γυμνός ἐστι. καὶ αἱ χάριτες, καὶ οἱ ἀστέρες. ὁρῶ γοῦν ἐγὼ καὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν ταῖς γραφαῖς, δορᾷ λεοντέᾳ περιβεβλημένον. καὶ τὰ πολλὰ χαμαὶ καθεύδοντα. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα, καὶ ψιλὸν ζώματι, ἢ διώκοντα, ἢ ἕλκοντα, ἢ τοξεύοντα. οἱ δὲ Περσῶν βασιλεῖς, τρυφῶσι, καὶ μετέωροι κάθηνται· τῷ πολλῷ χρυσίῳ προβαλλόμενοι τὸ σεμνόν. τοιγαροῦν ἔπαθον κακῶς ὑπὸ τῶν πενήτων Ἑλλήνων νικώμενοι. ἦν πένης ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ὑπῆν ἐπιτερπὲς αὐτῷ τὸ τρίβωνα· ὁ πλούσιος Ἀλκιβιάδης. πενία γάρ καὶ ἔστιν ἔγκλημα. οὔτε τὴν ἑκάστου αἰτίαν ἡ τύχη ἀπολύει τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ. ἄπιστος πρὸς τὸν διαλογισμὸν. πένητων ὁ δῆμος. ἄπιστος τοῖς τὰ δικαστήρια. πένητες κάθηνται. ἀπιστοῦσι τοῖς μάχαις· οἱ μὲν πολυτελεῖς καὶ χρυσοῖ τοῖς ὅπλοις, λείποισι τὰς τάξεις. ἡμεῖς δὲ ἀριστεύομεν. καὶ αὐτοῖς τε τοῖς στρατηγοῖς καλοὶ ὑμᾶς, σκέψαι τὸ μυθολογούμενον. ὑβρίζει τὸν πειθόμενον ὁ πλούσιος, ὡς ἐωνημένον. πένης οἶδε χάριν ὡς ἐλεούμενος. ἐκεῖνος σεμνύεται τῷ θηράματι. ὁ πένης σιωπᾷ. πάλιν ὁ λαμπρός, τὸ προσφερόμενον εἰς δεῖπνον ἀναφέρει τῆς οἰκείας δυνάμεως. ὁ πένης εἰς πλοῦν τὸν δόντος φιλανθρωπίαν. ὁ πλούσιος ἄγγελον πέμπει κόλακα καὶ παράσιτον, καὶ μάγειρον, καὶ σὺν τῇ τραπέζῃ. ὁ πένης, ἑαυτὸν, ὡς μηδὲ ἐν τούτῳ πλοῦν ἀπεῖναι τῆς αὐτουργίας

B

C

D

ὁ πλούσιος δοὺς, δίκαιος ἐλέγχεται. τὸ γὰρ A
πρᾶγμα καταφορον γίνεται τῷ πλήθει τῶν συνειδότων. ὡς μηδὲ τοὺς γείτονας, μηδὲ τοὺς παριόντας ὁδοιπόρους ἀγνοῆσαι τὸ δρᾶμα. ὁ πένης χρησάμενος φίλῳ, λανθάνει. ὅταν γὰρ ὄγκος τῇ δήσει πρόσεστι. καὶ τῶν ἔξωθεν καταβόησιν ἐκτρεπόμενος, καὶ τὸ τὴν δυναστείαν αὐτῶν γλυκάζειν ποιᾶς διαφορᾶς ὡς ὄντος ῥᾴστου τοῦ πράγματος, οὐχ ὁμολογεῖται τὴν δύστυχίαν· ἀλλ' ἀποκρύπτεται. B
πένης γὰρ ἅπαξ ἑρῶν τις δυνατῆς παρεμεῖναι νοσοῦντι· τὸ συναγρυπνῆσαι. τὸ συνεξελθεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον. τὸ αὐτὸν προτάξαι πεμπομένοις βέλεσι. τὸ ὑπὲρ σοῦ πεσεῖν. ἐν τούτοις πᾶσι πλουτῶ.

Γυναικί.

Εἰ μὲν δέη χρημάτων, πένης εἰμί· εἰ δὲ φιλίας καὶ χρηστοῦ ἤθους, πλουτῶ. ἔστι δὲ οὐχ οὕτως ἐμοὶ δεινὸν τὸ μὴ ἔχειν, ὡς τοῖς πρὸς αἰσχύνης τὸ, μισθοῦ φιλεῖν. C
ἑταίρας γὰρ ἔργον προστάξαι, σοῦ τὰς σαρίσας ἔχοντας καὶ τὰς σπάθας ὡς ἑτοίμως διδόντας. γυναικὸς δὲ ἐλευθέρας, πρὸς τὸ βέλτιστον ἀεὶ βλέπειν, καὶ τὸν χρηστὸν σὺν διανοίᾳ πάθεσι. πρόσταξον ὡς ἔοικε γῆ, πείθομαι. πλεῖν κέλευσον ἐμβαίνω. πληγὰς ὑπομεῖναι, καρτερῶ. ῥῖψαι τὴν ψυχὴν, οὐκ ὀκνῶ. δραμεῖν διὰ πυρὸς, οὐκ ἀναίνομαι. τίς ταῦτα πλουσίῳ ποιεῖ. D

Μέρακι.

Εἰ ξένος ὢν ἐρῶ σου, μὴ θαυμάσῃς. οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς ξενίας ἀλῶναι. τὸ γὰρ καλὸν ἅπαν ὁμοίως καὶ πῦρ ἀνάπτειαι. καὶ δεῖ τὸ μὲν λάμψαι· τὸ δὲ διὰ βίου ἑστάναι. διακρίσεως δὲ οὐ δεῖ

Locuples cùm dedit ſtatim coarguitur. Res enim emanat per multitudinem eorum qui conſcientiam facti habent, ſic vt neque propinqui, neque peregrini viatores, qui aduenerunt, factum ignorent. Qui pauper amico vtitur, ferè ſolet latere. Neque enim in rogatione ineſt amplitudo: & alienorum vulgationem reformidans atque metuens ne ſe potentiores efficiantur riuales, quippe cùm res ſit facillima, non prodit ſuam felicitatem ſed, occultat. Pauper denique prorſus amans aliquis perſeuerare atque adeſſe ægrotanti poteſt ſimul vigilias perferre, vnà in militiam egredi, ſuo corpore miſſum telum excipere, pro te vitam amittere. His rebus omnibus diues ſum.

Vxori.

Si pecuniis indiges, pauper ſum: ſi amicitia & candidis moribus, diues ſum. Mihi verò non tam grauis eſt egeſtas, quàm tibi amor precio conductus. Meretricis enim munus eſt admittere eos qui Sariſas & Spathas habent, vt è veſtigio numerari poſſint. Vxores verò ingenuæ, ſemper ad optimum intentum animum habere, & probum amore ac beneuolentia proſequi. Impera vt libitum eſt tibi. dicto ſum audiens: nauigare iube, conſcendo: plagas accipere, patior: animam profundere, non recuſo: per ignem curſu ferri, non abiicio. Quis hæc diues facit?

Deliciis.

Quod peregrinus cùm ſim te depereo, ne tibi mirum accidat. Non poſſunt oculi hoſpitalitatis damnari. Etenim pulchritudo eorum quaſi quendam ignem incendit, & oportet partim fulgere, partim continuò exiſtere. Diſcrimine verò non

opus est, nec auribus nec oculis, sed
sunt & peregrinis & ciuibus animi
nuncij. At non Branchus Apollinem fugit, vt peregrinum, neque Hylas Herculem, non Licymnius Radamanthum, neque Patroclus Achillem, neque Chrysippus Laïum. Deperiit etiam Simerdiam Polycrates Samius, & Persicum adolescentem Agesilaus. Nomen adolescentis non noui. Peregrini sunt etiam imbres in terra, & fluuij in mari, & Æsculapius apud Athenienses, & Iuppiter apud nos, Nilus apud Ægyptios, & Sol apud omnes. Hospes etiam est animus in corpore, & luscinia in aere, & hirundo in domo, & Ganymedes in cœlo, & Alcedo in petra, & Elephas apud Romanos, & ales phœnix apud Indos. Hic quidem peregrinus & tardus. Ciconiam verò cùm primi conspexerint, etiam adorant. Et peregrinæ sunt literæ: Venerunt enim è Phœnicia: Et Sirenum nymphæ, & Magorum Theologia. quibus omnibus maiore cum delectatione vtimur, quàm domesticis. Quòd illorum rara est possessio, in his domesticum negligitur. Melior etiam amator peregrinus, quantò ignoratione extra suspicionem magis positus est, & ad latendum obscurior. Si verò manente opus est, inscribe me tu, & Iuppiter esto Fratrius, & Apollo paternus. Tribus autem amoris.

A *ὄτε ὠσὶν, ὄτε ὄμμασιν. ἀλλ' εἰσὶ καὶ ξέ- *Al. δεῖται.
νοις καὶ πολίταις οἱ τῆς ψυχῆς ἄγγελοι. οὐ (a) Al. δεῖ.
μὴν ὁ Βράγχος ἔφυγε τὸν Ἀπόλλωνα ὡς ξένον· οὐδὲ ὁ Ὕλας τὸν Ἡρακλέα· οὐχ ὁ Λικύμνιος τὸν Ραδάμανθυν, οὐδὲ ὁ Πάτροκλος τὸν Ἀχιλλέα, οὐδὲ ὁ Χρύσιππος τὸν Λάϊον. πέρα καὶ Σμερδίης Πολυκράτης ὁ Σάμιος, καὶ τὸν Πέρσου μειρακίσκον ὁ Ἀγησίλαος. οὐκ οἶδα δὲ μειρακίσκου τὸ ὄνομα. ξένοι καὶ οἱ ὄμβροι τῆς γῆς,
B καὶ οἱ ποταμοὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς Αἰγυπτίων, καὶ ὁ Ζεὺς ἡμῖν· ὁ Νεῖλος Αἰγυπτίων, καὶ ὁ ἥλιος πάντων· ξένη καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, καὶ ἡ ἀηδὼν τοῦ ἀέρος, καὶ ἡ χελιδὼν, τῆς οἰκίας· καὶ ὁ Γανυμήδης τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἡ Ἀλκυὼν, τῆς πέτρας, καὶ ὁ ἐλέφας, Ρωμαίων· καὶ ὁ ὄρνις ὁ φοίνιξ τῶν Ἰνδῶν. ὀψὲ μὲν ὁ ξένος καὶ βραδύς. τῷ γοῦν πελαργὸν οἱ πρῶτοι θεασάμενοι, καὶ προσκυνῆσαι. ξένα καὶ τὰ γράμματα· καὶ Φοινίκης γὰρ ἦλθε. καὶ
C Σιρήνων νύμφαι, καὶ ἡ μάγων θεολογία. οἷς πᾶσιν ἥδιον χαίρομεν, ἢ τοῖς ἐγχωρίοις· ὅτι τὸ μὲν, σπάνιον καὶ ἀπίκτητον. τὸ δὲ ὀλίγωρον καὶ οἰκεῖον. ἀμείνων καὶ ἐρασὴς, ὁ ξένος· ὅσῳ καὶ ἀνυπόπτως τῇ ἀγνοίᾳ, καὶ πρὸς τὸ λαθεῖν ἀφανέστερος. εἰ δὲ δεῖ καὶ μένοντος, ἐπέρασόν με σύ. καὶ Ζεὺς ἡμῖν πατρῷος. ἢ δὲ φυλὴ, τῶν ἐρώτων.
D

Vxori.

Pulchram & honestam decet ex ingenio moribúsque amatorum delectum scribere, non à genere. Etenim peregrinus, æquus ac bonus esse potest, & ciuis, prauus ac malitiosus, quò etiam à sapientia propius ab est. Indigena igitur nihil discrepat à lapidibus, & omni permanente,

Γυναικί.

Τὴν καλὴν, ἀπὸ τοῦ ζήπου δεῖ τῶν ἐρασῶν ποιεῖσθαι τὸν καταλογον, οὐκ ἀπὸ τῶν γενῶν. καὶ γὰρ ξένος, ἐπιεικὴς δυνατὸν γενέσθαι· καὶ πολίτης, κακός· ὅσῳ καὶ τοῦ φρονεῖν ἐγγυτέρω ἐστίν. ὁ μὲν οὖν ἔγχωριος, οὐδὲν διαφέρει λίθων, καὶ παντὸς τοῦ

μένοντος· ὧν τὸ ἑδραῖον ἀνάγκη πρὸς-
εῖναι. ὁ δὲ ξένος, ἔοικε τοῖς ὀξυτάτοις θε-
οῖς, ἡλίῳ καὶ ἀνέμοις, καὶ ἄστροις, & ἔρωτι.
ὑφ' ὧν κἀγὼ πλωὸς ὠκύμορος, δ' οὖρο
ἐλήλυθα, κινηθεὶς προφάσει κρείσσονι.
μή μου τλῶ ἱκεσίαν ὑπερίδης. οὐδὲ γὰρ
τὸν Γέλοπα Ἱπποδάμεια ἠτίμησε ξέ-
νον ὄντα & βάρβαρον, οὐδὲ ἡ Ελένη τὸν
δι' αὐτὴν πρόντα. οὐδ' ἡ Φύλλις τὸν ἐκ
θαλάττης, οὐδ' ἡ Ανδρομέδα τὸν πρὸς B
αὐτὴν καταπλάντα. ἠδέσαν γὰρ ὡς πα-
ρὰ μὲν τῶν ἐγχωρίων, μίαν πόλιν λαμ-
βάνουσι. πρὸς ὧν τῶν ξένων πολλάς. εἰ
δὲ δοκεῖ, φέρε ἐπὶ συνθήκαις γενέσθω
τὸ πρᾶγμα. ἢ συνταῦθα ἀμφότεροι μέ-
νωμεν, ἢ μηδ' ἀλλήλων σπείσε ἀπέλθω-
μεν. οὐ δέχη τοῦτο. γνῶθι οὖν ὡς γενέ-
σθαι μὲν ἐχθὲς ξένος, καὶ ἀνέχεται. χαί-
ρει δὲ μεταβολαῖς τῆς οὐσίας μιᾶς. τί
γὰρ ἄλλο αἱ πατρίδες ἢ μέτρα δηλοῖ C
ἀγωνῶν νομοθετῶν, ὅροις καὶ πύλαις
διαγραφόντων τὰ οἰκεῖα. ἵνα ταῖς βου-
λαῖς στενοχωρώμεθα ὑπερβαίνειν οἰκοῦν-
τες τὸ πινάκιον τῆς χωροφιλίας. κἀμοὶ
κἀγὼ τῶν ἐρῶντες ξένος· & σὺ τῶν καλλοις.
οὐ γὰρ ἡμεῖς πρὸς ταῦτα ἀπήλθομεν·
ἀλλ' αὐτὰ πρὸς ἡμᾶς κατῆλθε. καὶ τὴν
παρουσίαν αὐτῶν δεδεγμεθα ἡδέως· ὡς
νῦν τῆς ἄστρων οἱ πλέοντες. εἰ δέ μοι τὸ, D
ξένῳ εἶναι μὴ γίνεται πρὸς τὸν ἔρωτα
ἐμπόδων, μηδὲ σοὶ κώλυμα ἔστω πρὸς
τὸ συνιδεῖν τοὺς ἐρῶντας· ταχὺς ἂν φυ-
γάδα εἶδες νυμφίον. ὥσπερ Ἄδραστος
τὸν Πολυνείκην & τὸν Τυδέα, οὓς γαμ-
βροὺς ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν βασιλείας κά-θ-
σιν. εἴ τις ἀποκλείει καὶ ξένον πυρὸς ἐναύ-
σαι θέλοντα, ἀλλὰ τὸ καόμενον σβέσαι.

A quorum ſtabilitas neceſſitate deuincta eſt. Peregrinus verò, celerrimis diis ſimilis eſt Soli, ventis, aſtris & amori, à quibus ego quoque volucer factus huc perueni, meliori cauſſa adductus. Ne meam ſupplicationem contemnas. Non enim Hippodamia Pelopem aſpernata eſt, quamuis peregrinum ac barbarum, neque Helena eum qui propter ipſam aderat, neue Phyllis illum de mari progreſſum, neque Andromeda eum qui ad ipſam aduolarat. Hoc enim viderunt, ab indigenis vnam ſe ciuitatem accipere, à peregrinis multas. Quòd ſi videtur, age, fœderibus conſtituatur, aut hîc vterque maneamus, aut ſimul illò diſcedamus. Non accipis hanc conditionem. Intellige igitur, piſcem fieri peregrinum non poſſe. Gaudet autem eiuſdem & vnius terræ mutationibus. Quid enim ſunt aliud patriæ, quàm formidoloſæ commenſiones ſordidorum & illiberalium legiſlatorum, terminis ac portis ſua deſcribentium, vt beneuolentiis & amoribus in anguſtũ cogamur, & metu ne vltra tabellam localis amicitiæ fiat trangreſſo, prohibeamur. Atqui ego quoque ſum amoris peregrinus, & tu pulchritudinis. Non enim nos ad hæc acceſſimus, ſed ipſa ad nos peruenerunt, & præſentiam illorum nos libenter ac ſuauiter excepimus, vt aſtrorum præſentiam, qui naues agunt. Quòd ſi mihi peregrinitas nihil eſt ad amorem impedimento, ne tibi quidem obſtet, quo minus amantes intelligas, ac ſentias mox fugitiuum acciperes ſponſum, quemadmodum Adraſtus Polynicem & Tydeum? quos generos aſciuit, ad regni vindicationem. Si quis excludit etiam peregrinum, volentem accendere ignẽ, at vrentem ac flagrantem extingue.

Ne Laconisses, ô vxor, neque Lycurgum imiteris. Peregrinorum expulsionem amor non patitur.

Delicius.

Quoties tibi oculos patefeci, vt abires, quemadmodum qui retia pandunt feris, vt fugiendi potestatem habeant: Et tu manes stabilis, *aduenarum callidorum more*, qui postquam semel alienam regionem inuaserunt, non possunt adduci amplius vt emigrent. Et iterum vt soleo palpebras tollo. Auola nunc tandem, & oppugnationem relinque, & esto peregrinus aliorum oculorum. Non audis, cùm etiam magis teneas eum qui ante te est, & vsque ad animum, atque noua quædam est inflammatio. In summo periculo constitutus, aquam peto: sed nemo fert, quoniam quæ flammam hanc extinguat, reperiri omnino non potest, siue quis adferat ex fonte, siue quis è fluuio sumat. Nam ab amore ipsa quoque aqua sentit incendium.

Vxori.

Quænam hæc *noua corporum pigneratio*? Quæ Tyrannis? Ducis me aspectu, & trahis nolentem, quemadmodum nauigantes Charybdis absorbebat. Erant ergo & amoris saxa & oculorum venti; quibus si quis semel implicatus sit, demergitur. Hoc igitur ne Charybdis quidem potuit. *Stati temporis erat* naufragium: & si quis paulisper sustineat, salutis copiam adispicitur, arbore reperta in medio pelago. Qui verò in hoc mare semel delatus est, huic exitus in posterum non patet.

Deliciis.

Aues excipiunt nidi, pisces saxa, formosos oculi. Atque illorum quidem sunt errores, traductorum &

μὴ Λακώνιζε, ὦ γύναι. μηδὲ μιμοῦ τὸν Λυκοῦργον. ξενηλασίαν ἔφως οὐκ ἔχει.

Μελανίῳ.

Ποσάκις σοι τοῦ ὀφθαλμοὺς ἀνέῳξα, ἵνα ἀπέλθῃς, ὥσπερ οἱ τὰ δίκτυα ἀναπτύσσοντες τοῖς θηρίοις, εἰς ἐξουσίαν τοῦ φυγεῖν. καὶ σὺ μένεις ἑδραῖος καὶ τοῦ δήνους ἐποίκους, οἳ χώραν ἅπαξ ἀλλοτρίαν καταλαβόντες, οὐκ ἔτι δέχονται τὴν ἀπανάστασιν. ἐγὼ δὴ πάλιν ὥσπερ εἰώθειν ἐπαίρω τὰ βλέφαρα. ἀπόπαυσαι ἤδη ποτέ, καὶ τὴν πολιορκίαν λῦσον· καὶ ἡσυχῇ ξένος ἄλλων ὀμμάτων. καὶ ἀκούεις, ὃς γε καὶ μᾶλλον ἔχει τοῦ πρόσω, καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς, καὶ τίς ὁ καινὸς ἐμπρησμός. κινδυνεύω αἰτῆσαι ὕδωρ· κομίζει δ' οὐδείς. ὅπου γὰρ σβεστήριον εἰς ταυτὶ τὰ φλόγα, ἀπορεῖται· εἴτε καὶ πηγῆς κομίζοι τις, εἴτε καὶ ποταμοῦ λαμβάνοι. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἔρωτος τὸ ὕδωρ καίεται.

Γυναικί.

Τί τὸ καινὸν ἀνδραποδιστήριον τοῦτο· τίς ἡ τυραννίς. ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ σύρεις μὴ θέλοντα, ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ Χάρυβδις ἀνερρόφα. ἦσαν ἄρα καὶ ἔρωτος πέτραι καὶ ὀφθαλμῶν πνεύματα, αἷς τις ἅπαξ ἐνσχεθεὶς, καταδύεται· τοῦτο μὲν οὖν οὐκ εἶχεν οὐδὲ ἡ Χάρυβδις. ἐμπεφόρτισμαι σκεῦος τὸ ναυάγιον· καὶ μικρόν τις ἀναμείνας, σωτηρίας δὲ πορεῖ, δένδρον δὲ ἐφ' ὃν σὺ πελάσῃ μέσῳ. ὁ δὲ εἰς ταυτὶ ἅπαξ τὴν θάλασσαν καταῤῥυείς, ἐκ τοῦ ἐξέρχεται.

Μελανίῳ.

Τοῖς ὄρνισι αἱ καλιαὶ δέχονται· σοῦ ἰχθύας αἱ πέτραι. τὰ ὄμματα σοῦ καλοί. κἀκείνων μὲν, πλάναι μεθισαμέ-

νων καὶ μετοικούντων ἄλλοτε ἐπ' ἄλλους τόπους. ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ὡς ἄγουσιν οἱ καιροί. κάλλος δὲ ἅπαξ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ῥυὲν, οὐκ ἔτ' ἄπεισιν ἐκ τούτου τοῦ καταγωγίου. οὕτως κἀγὼ σε ὑπεδεξάμην, καὶ φέρω παντάχοσε τοῖς τῶν ὀμμάτων δικτύοις. κἂν τε ἔμπορός τις ἐλθὼν, ποιμαίνειν μοι δοκῇς, κἂν καθῆσθαι, πείθων σοὶ λίθους. κἂν τε ἐπὶ θάλατταν, αὐτάγρα σε ἡ θάλαττα, ὥσπερ τὴν Ἀφροδίτην ὁ βυθός. ἂν τε ἐπὶ λειμῶνα, ἀμπὼν τῶν ἀνθῶν ἐξέχεις. καί τοι, οὐδὲν τοιοῦτον ἐκεῖ φύεται· ὡς γὰρ εἰ καλὰ ὡς χαρίεντα ἄλλως, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας. καὶ μὴν ὡς ποταμοῦ πλησίον ῥυόμενος, τοῦτο μὲν οὐκ οἶδα ὅπως ἠφάνισται. σὲ δὲ ῥεῖν ἀντὶ ἐκείνου νομίζω καλὸν καὶ μέγα καὶ πολὺ μεῖζον τῆς θαλάττης. ἀναβὰν δὲ εἰς οὐρανὸν, τὸν μὲν ἥλιον ἡγοῦμαι πεπωκέναι, καὶ κάτω που βαδίζειν. ἀντὶ ἐκείνου δὲ φαίνειν οὓν ἐγὼ βούλομαι. εἰ δὲ ῥυήσεσθαι καὶ νύξ, δύο βλέπω μόνους ἀστέρας, τὸν ἑσπέριον καὶ σέ.

A transmigrantium aliàs in alia loca. Ducit enim illa temporum opportunitas quocunque venerint. At pulchritudo, si semel in oculos influxerit, non ampliùs discedit ex hoc diuersorio. Sic etiam ego te excepi, & fero vndequaque in oculorum retibus: & siue mercaturæ causa iter ingrediar, tu mihi pascere videris, atque adeò sedens lapides persuadere; siue in mare, te mare abducit, vt Venerem profunditas, siue in pratum, ipsos etiam flores superas. Atqui nihil tale ibi nascitur. Etsi enim sunt pulchri gratiosique, tamen vnius tantùm diei. Atque etiam si prope fluuium, fuerim, hic quidem nescio quo pacto euanescit. Te verò illius loco fluere puto pulchrum, & magnum, atque multò etiam maiorem mari. Quòd si in cœlum respiciam, Solem existimo decidisse, & inferius obambulare, at illius loco te apparere, quem volo. Sin noctescat, duas video duntaxat stellas, Hesperum atq; te.

B

C

Γυναικί.

Πόθεν μου τὴν ψυχὴν κατέλαβες. ἢ δηλονότι ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐρυμνὰ οἱ βασιλεῖς, καὶ τὰ ὑψηλὰ οἱ θεοὶ καταλαμβάνουσιν. οὕτω καὶ ὁ ἔρως τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκρόπολιν οὐ ξύλοις οὐδὲ πλίνθοις, ἀλλὰ μόνοις βλεφάροις τειχίσας, ἡσυχῇ κῂ μικρὸν τὴν ψυχὴν εἰσδύεται. ταχέως μὲν ὡς πτηνός. ἐλεύθερον δὲ ὡς γυμνός. ἄμαχος δὲ ὡς τοξότης· τὰ δὲ ὄμματα ἐπεὶ καὶ θέατα σωφρόσι κάλλους, διὰ τοῦτο μάλιστα καὶ κάεται. θεοῦ τινος οἶμαι θελήσαντος αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν καὶ τὴν εἰς τὸ βλέπειν ἡδονῆς εἶναι, καὶ τῆς εἰς τὸ λυπεῖσθαι θεοφάτου. ἡ γὰρ,

Vxori.

Vnde meum animum cepisti; omne vero ab oculis, à quibus & castella reges, & alta dij capiunt? Sic etiam amor oculorum arce non lignis neque lateribus, sed solis palpebris firmata paulatim atque sensim in animum ingreditur; celeriter quidem, vt volucris, liber verò vt nudus, pugnax vt sagittarius. Oculi verò, quia primum pulchritudinem sentiunt, ob hanc ipsam vruntur maximè: deo quodam credo volente eandem iis viam esse, cùm voluptatis ad videndum, tum ad mœrendum occasionis. Quid enim

enim, ô peſſimi faciferi, amoris & corpporum elegantiæ teſtes operoſi, primi nobis pulchritudinem igneam reddidiſtis, primi meminiſſe animum docuiſtis extraneæ influxionis: primi coëgiſtis, ſole præterito, alienum ignem laudare. Itaque vigilate & vrimini atque liberationem eorum quæ delegiſtis cogitate, quam reperire non poteſtis. Beatos, ô dij, à natiuitate cæcos, ad quos amor aditum aut acceſſum non habet.

A ὦ κακοὶ διδόντες, ἔρωτος ἢ τ σωμάτων ὥρας πρῶτοι μάρτυρες, πρῶτοι μὲν ἡμῖν τὸ κάλλος ἐπύρσευσατ. πρῶτοι δ' μεμνῆσθε τὴν ψυχὴν ἐδιδάξατε τ ἔξωθεν ἐπιῤῥοῆς. πρῶτοι δ' ἐδιάσασθε τ ἥλιον καταλιποῦσι, πῦρ ἀλλότριον ἐπαινεῖν. τοιγαροῦν ἀγρυπνεῖτε & καίεσθε, καὶ λογίζεσθε ἀπαλλαγὴν ὧν εἵλεσθε, θύρειν μὴ δυνάμενοι. μακαρίαν, ὦ θεοὶ, τ σὴν γνώμης τυφλῶν

B ἐφ' οἷς ἔρως ὁδὸν οὐκ ἔχει.

Deliciis.

Clauſeram tibi oculos: quomodo tibi dicam? vt portas oppugnati: & tu clàm præſidio, intus es. Dic quis te introduxit, niſi quid oculi habent amatorium, atque animo repugnans: qui olim ſola cogitabat quæ volebat, & in pulcherrimis philoſophiæ præceptis omnem operam ac diligentiam conſumebat. Atque hic eum inceſ- C ſerat amor, vt cœli terga contemplaretur, & de ſubſtantia circa hæc minimè falſa inquireret, & quæ Vniuerſi circuitiones, quæque regeret hæc neceſſitas: quæſtio videbatur iucundiſſima, cum ſole vnà currere; & cum luna recedente quidem periclitari, completa verò gaudere, & cum reliquo ſiderum choro ſimul errare; nihilque inuium aut inconſpectum relinquere ex iis quæ circa hæc ſunt, myſteriis. A D quo verò humano amori dedit operam & formoſitatis aſpectu captus eſt, omnibus illis poſthabitis atque neglectis, in hanc vnam rem omne ſtudium impendit, & quantùm ab exteriore forma traxerit, tantum intus concinnat & componit, atque monumenta edit. Quòd autem intrò acceſſerit, lumen quidem interdiu eſt, nocte verò in ſomnum abit.

Μύρακιον.

Ἀπέκλεισόν σοι τὰ ὄμματα, πῶς σοι; ὡς οἱ πολιορκούμενοι τὰς πύλας, καὶ σὺ τ φρουρὸν λαθὼν, εἴσδον εἶ. λέγε τίς σε εἰσήγαγεν, εἰ μή τι τὰ ὄμματα, ἐρωτικὸν, καὶ κατ' τ ψυχῆς γνώμην· ἦγε παλαι μὲν μόνα ἐνεθυμεῖτο ἃ ἤθελε, καὶ περὶ τὰ κάλλιστα ἐσπουδάκει φιλοσοφεῖσα. καὶ ἰδοὺ αὐτῆς ὁ ἔρως τὰ οὐρανοῦ νῶτα ὁρᾶν· καὶ περὶ τ κατ' ταῦτα ὄντως οὐσίας πολυπραγμονεῖν· καὶ πίνες αἱ τ παντὸς περίοδοι, καὶ τίς ἡ ταῦτα ἄγουσα ἀνάγκη. τὸ σπέρμα ἐθέλει χαριέστατον· ἡλίῳ συνδραμεῖν & σελήνῃ· συγκινδυνεύσαι μὲν ἀπόσῃ· σωτηθῆναι δὲ πληρουμένῃ, τῷ τε ἄλλῳ χορῷ τῶν ἀστέρων συμπλανηθῆναι, & μηδὲν ἄβατον μηδὲ ἀθέατον καταλιπεῖν τ ὑπὲρ γῆς μυστηρίων. ἀφ' οὗ δὲ ἀνθρωπίνῳ πλησιάσασα ἔρωτι ἑαλώ κάλλους ὄμμασι, πάντων ἀμνήσασα ἐκείνων, περὶ ἓν τοῦτο ἐσπούδακε. καὶ ὅσον ἂν τ ἔξω μορφῆς ἀφαίσῃ, τοσοῦτον ἔνδον συνθήσει, & μνήματα* μαθεῖ. τὸ δ' εἴσω πρόβλητον, φῶς μὲν ὄντιν ἐν ἡμέρᾳ· νὺξ δ' ὄναρ γένηται.

Γυναικί.

Τὰ μὲν σὰ ὄμματα, φιλῶ· τὰ δ' ἐμαυτῇ μισῶ. τοῖς μὲν γὰρ σωφρόσιν πολλὴν σωφρονῶ· τοῖς δ', ἀγνὴν ἀφιερῶ. αἰσχρὰ τὰ δύο· ἀλλὰ καὶ κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα ὧν ἑώρακεν ἅπαξ. οὐκ ἀφέσηκε γοῦν μου τῇ ψυχῇ λέγοντα. οὐκ εἶδες πλὴν ὄγκον, πλὴν ὀφρύος; ἄπιθι· ἀνάβηθι· ἀλλὰ καὶ γράφον, καὶ κλαῦσον καὶ δεήθητι. ἢ δ', ὦ μάλα πειθηνή. πείθεται δ' ἀκούειν μὴ δυναμένη λίχνων δορυφόρων. καὶ γὰρ μὴ βουλομένῳ, σύροισιν ἔξω, καὶ βιάζονται φρονεῖν, ὅσα αὐτοὶ προλαβόντες ἐπήνεσαν. ἀμηχ πρὶν ἔρωτα εἰς γῆν καταπτῆναι, μόνον τὸν ἥλιον ἠπίστατο ἡ ψυχὴ καλόν. καὶ τοῦτο αὐτῇ τὸ θέαμα καὶ θαῦμα ἦν. ἀγασαμένη δ' ὥρας ἀνθρωπίνης, σὺ μὲν τῆς παρούσης σκιᾶς κατέπεσεν. εἰς δὲ θητείαν ὑπήχθη πικράν. ἧς ἔργα θυραυλικὰ καὶ χαμαικοιτία, καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χιόνα ἀνταξις, καὶ, ἢ μὲ ἀνάφρ' ἢ ἐγώ σε. πρὸς τ' ἀντρασὴν μάχη. τούτων δ' εἷ παντῶν σὺ τὸ φάρμακον. ἔργα ἐφημέρα ποιήματα ἀθάνατα, καὶ βραχείας σώματος ἡδονῆς, μνήμην ἀντλαβοῦσα ἀγήρω. ἃ μὲν γὰρ δώσεις, κοινὰ καὶ ῥάδια τῆς θηλέος ταυτός. ἃ δ' κτήσῃ ἀντὶ τούτων, ὅτ' ἂν εἶ ποιμί· ὅσα βύνοια, καὶ μνήμη καὶ νύξ, ἀφ' ὧν καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ γίνεται.

Μθεραπείων.

Ο Αγαμέμνων ὅτε μὲν ὀργῆς ἐκράτει, καλὸς ἦν, καὶ οὐχ εἷς θεῷ, ἀλλὰ πολλοῖς ὅμοιος. ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραυνῷ. ὀρέι δὲ ζώνην, στέρνον δ' Ποσειδάωνι. ὅτε δὲ

A

Mulieri.

Tuos equidem oculos, amo: mei vero mihi sunt exosi. Nã in illis magnam intelligentiam ac prudentiam animaduerti: in his nimiam ac penè sceleratam operositatem. Impudẽtes sunt: sed neque occultũ habere quicquam possunt, quod semel viderunt. Non igitur desierunt animo meo dicere: Non vidisti illam coma excellẽtem, formę singulari elegantia prędi-
B tam? Veni, ascende, sed & scriptis rem age, lachrymis ac precibus. At ille promptissimè morem gerit. Morem autem gerit, quia non potest negligere mandata cupidissimorum satellitum. Etenim nolentem extrahũt, & per vim adigunt in eam sententiã, quam ipsi laudibus antea euexerunt. Equidem priusquam Amor in terrã
C deuolaret, nihil præter vnum Solem animus pulchrum nouerat: atque in eo contemplationem omnem & admiratione ponebat. Degustata verò pulchritudine humana, ab illo studio recidit, & in acerbam seruitutem deductus est, cuius opera sunt Thyraulica, recubitiones humi, & cum æstu atque frigore certamen & ait Aiax Vlyssi, *Aut me tolle, ego vel te.* vbi *Ho. Il. 9*
cũ riuali cõtentio est. horum omniũ tu es remedium, pro opere diuino, poëmata sempiterna, & pro breui corporis voluptate perpetuã memo-
D riam adipiscens. Quæ enim dabis, communia sunt & facilia omni fœminæ. Quæ vero pro his consecutura es, ne dicendo quidem exprimere possim, quanta beneuolentia, & memoria & nox quibus mater, ac pater efficitur.

Deliciis.

Agamemnon cùm iram vinceret, egregius erat, neque vni, sed multis diis similis. Os, *oculosque Ioui par,* *Ho. Il. 8*
qui atro fulgure gaudet &, Mauorti balthęo, Neptuno pectore, cùm verò

turpiter animi libidinem expleret, & se crudelem immanémque erga socios præberet, ceruus & canis putabatur, neque Iouis vultus vllibi conspici. Sus enim in iram rapitur, & canes atque serpentes lupíque & quæcunque aliæ sunt rationis expertes bestiæ. Formosus autem homo & non ridens tantùm molestia afficit, nequaquam semetipso rigidior. Non decet autem, vt solis vultus nubibus obducatur. Quæ verò rigiditas ista; quæ nox, quæ lugubris hæc caligo? subride, consiste. Redde nobis oculorum diem.

Vxori.

Heri te commotam ira deprehenderam; atque videbar aliam videre. Huius autem caussa erat, mentis alienatio, quæ planè tibi perturbauerat vultus elegantiam & gratiam. Nunc verò muta temetipsam. neque trucem vide, neque formosam Venerem, cùm irascitur aut lachrymatur, neque Iunonem Boopem, cùm Ioui succenset, neque mare, cùm turbatur. Minerua verò etiam tibias abiecit, quòd vultum eius deformarent. Iam etiam Erinnyes Eumenides vocamus, vt toruitatem detrahamus: & spinis rosarum delectamur, quòd ex agresti frutice, qui & tristitiam adferre & stimulare potest, rident inter rosas. Flos est etiam in muliere, vultus tranquillitas. Ne sis aspera neque formidabilis, neque elegantiæ coronam demas, neque tibi ipsi rosas eripias, quæ vobis formosis in oculis nascũtur. Quòd si fides apud te eorum quę dico nihil valet, cape speculum, & vultum immutatum contemplare. Rectè est quòd conuersa es. Aut enim odisti aut metuisti, aut nõ cognouisti, aut pœnitudo te cœpit.

A συνήχμονει τῇ γλυκυτητι τὸ θυμοῦ, B & πρὸς τοὺς ἑταίρους ἡμερώτερος ἐλαφος ἢ κύων ἐνομίζετο. C τὰ τοῦ Διὸς ὄμματα οὐδαμοῦ. σῦς μὲν γὰρ ὀργίζεται καὶ κύων, ἢ ὄφις, ἢ λύκοι, ἢ ὅσα ἄλλα οὐ χρῆται λογισμῷ θηρία. καλὸς δὲ ἄνθρωπος, καὶ μὴ γελάσας μόνον λυπεῖ. μήτοι γε καὶ σκυθρωπότερος ἑαυτοῦ γένοιο. οὐ πρέπει γὰρ οὐδὲ ἡλίῳ τὸ πρόσωπον νεφέλαις περιβάλλεσθαι. τίς ἡ κατήφεια αὕτη, τίς ἡ νύξ, τί τὸ συγνὸν σκότος τοῦτο· μειδίασον, κατάσχες· ἀπόδος ἡμῖν πάλιν τοῦ ὀμμάτων ἡμέραν.

Μεδακίῳ.

Ἐχθές σε ὀργιζομένῳ κατέλαβον, καὶ ἔδοξα ἄλλην βλέπειν. τούτου γὰρ αἴτιον, ἢ τοῦ θυμοῦ σήψασις, ἀκριβῶς σοι συγχέασα τὴν τοῦ προσώπου χάριν. νῦν δὲ μεταποίησαι σαυτόν· μηδὲ ἄγριον βλέπε. οὐδὲ τὴν Ἀφροδίτην καλὴν ὅταν ὀργίζηται ἢ δακρύῃ. ἀδὲ τὴν Ἥραν βοῶπιν, ὅταν χαλεπαίνῃ τῷ Διΐ. ἀδὲ τὴν θάλατταν ὅταν ταράττηται. ἢ γὰρ Ἀθηνᾶ καὶ σοὶ αὐλοὺς ἔρριψεν, ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συνέχοντας. ἤδη καὶ τὰς Ἐρινῦς Εὐμενίδας καλοῦμεν, ὡς τὸ σκυθρωπὸν ἀφαιρούμενοι. καὶ τοῖς ἀκανθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν ὅτι ἐξ ἀγρίου θάμνου καὶ λυπεῖν καὶ κεντεῖν εἰδότος γέγωσιν ἐν τοῖς ῥόδοις. ἄνθος ὀφθῇ καὶ γυναικὸς, ἢ τοῦ προσώπου γαλήνη. μὴ βαρεῖα γίνου μηδὲ φοβερά. μηδὲ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος. μηδὲ ἀφαιροῦ ῥόδων σαυτῷ, ἃ ταῖς καλαῖς ὑμῖν ἐν τοῖς ὄμμασι φύεται. εἰ δὲ ἀπιστεῖς οἷς λέγω, τὸ κάτοπτρον λαβέσθαι, ἴδε σου τὸ πρόσωπον ἠλλαγμένον. οἶ γὰρ ὅτι ἐπεσκάφης. ἢ γὰρ ἐμίσησας ἢ ἐφοβήθης, ἢ οὐκ ἐγνώρισας, ἢ μετενόησας.

Μφεσκίῳ.

Πέπεισαι μὴ ὡς εἰκάζω. τὸ δ' ἔργον τὴν αἰσχύνην ὀκνεῖς· εἰς ἃ τὸ πρᾶγμα σε ὑποδιδράσκει. ἀφ' οὗ τις φίλος γίνεται. καὶ ἐντεῦθεν ἐπληρώθη καλῶν τὰ Ομήρου ἔπη, τὸν Νιρέα τὸν, Αχιλλέα εἰς Τροίαν ἄγοντος; καὶ ἐντεῦθεν Αρμοδίου καὶ Αριστογείτονος ὅσοι φίλοι καὶ μέχρι τοῦ ξιφῶν; ὁ μὲν Απόλλων καὶ Αδμήτῳ καὶ Βρόγχῳ ἐπήτησεν; ὁ δὲ Ζεὺς οὐ τὸν Γανυμήδην ἥρπασεν, ὦ χαίρε καὶ πρὸς τὸν νέκταρος; μόνοι γὰρ ὑμεῖς οἱ καλοὶ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖτε ὡς πόλιν. μὴ φθονήσῃς ἐραστοῦ σεαυτῷ δοῦναι μὲν ἀθανασίαν καὶ ἔχοντος· πλὴν ὁ αὐτὸς ψυχῆς, ἔχοντος. εἰ μὲν ἀπιστεῖς, ἕτοιμος ἀποθνήσκειν, δὸς ἅπτεσθαί σου νυνί. εἰ δὲ πλέκω τὸν βρόχον ἀπαίρεσθε, οὐ καθαιρήσῃς; Γυναικί.

Κελεύεις μοι μὴ βλέπειν, κἀγώ σοι μὴ βλέπεσθαι. τίς τοῦτο κελεύσειεν νομοθέτης; τίς δὲ κεῖνος; εἰ μὲν μηδέτερον κεκώλυται, μήτε σεαυτῷ ἀφαίρει τὸ εἰς ἐπίδειξιν εὐδοκιμήσεως, μήτε ἐμοὶ τῆς εἰς τέρψιν ἐξουσίας. οὐδὲ πηγὴ λέγει, μὴ πίῃς. οὐδὲ ὀπώρα, μὴ λάβῃς, οὐδὲ λειμών, μὴ προσέλθῃς. ἔπου γυναικί καὶ σὺ τοῖς νόμοις· καὶ διψῶντα παῦσαι ὁδοιπόρου, ὃν τὸ σὸν ἄστρον ἀπώλεσεν.

Γυναικὶ ὑδρεύσασθαι.

Τὸ μὲν ἔργον ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ ἀνδρός, καὶ τὸ ἐπὶ μοιχοῦ γένηται. τὸ δὲ κινδυνεύειν σφαλερώτερον, τῇ χάριτι μεῖζον. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τὸ ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόρρητον τῆς ἡδονῆς. πᾶν δὲ τὸ κρυπτὸν τὸ κεκλεμμένον. οὕτω καὶ Ποσειδῶν ὑπῆλθε πορφυρᾷ κύματι,

A

Deliciis.

Perſuaſus es vt coniicio. Sed rei turpitudinem metuis. Ad quas res aufugis. Vnde tibi amicus efficitur. Non hinc pulchris referta ſunt Homeri carmina, qui Nireum & Achillem ad Troiam ducit; An non hinc Harmodij & Ariſtogitonis omnes amici fuerunt, etiam vſque ad enſes. Apollo verò an non Admeto & Brancho precio ſeruiuit? Iuppiter an non Ganymedem rapuit, quo plus etiam quàm Nectare delectatus? Soli enim vos pulchri cœlum quaſi ciuitatem inhabitatis. Ne ſpernas amatorem, qui tibi dare immortalitatem non poteſt, ſuam verò animam poteſt. Quòd ſi incredibile tibi videtur, paratus ſum ad obeundam mortem, ſi tu iubeas hoc, etiam nunc. Quod ſi laqueum necto, an non occides ô homo?

B

Mulieri.

Iubes mihi ne videam, & ego tibi ne videaris. Quis hoc iubet legiſlator? Quis vero illud? Quod ſi neutrum eſt prohibitum, neque tu tibimetipſi laudem oſtentationis adimas, neque mihi delectationis facultatem. neque fons ait, ne bibas: neque pomum ne capias, neque pratum, ne accedas. Sequere mulier tu etiam leges, & ſitim viatoris æſtuantis ſeda, quem tuum ſydus perdidit.

C

D

Fœminæ maritatæ.

Res quidem eſt eadem & vna, ſiue à marito, ſiue ab adultero contingat. Quod vero periculo eſt minus ſecurum, id gratiam habet maiorem. Non enim adeo manifeſta poteſtas exhilarat, vt illicita & arcana voluptas. Omne vero furtiuum ſolet eſſe delectabilius. Sic etiam Neptunus, ſub purpureo fluctui ſubiit,

& Iuppiter ſub auro, aqua, boui, draconi, ac ſub aliis integumentis latuit: vnde Bacchus & Apollo & Hercules exiſtunt, ex adulterio nati dij. Dicit autem Homerus etiam Iunonem tum cum libenter vidiſſe, & cum voluptate, quando cũ ea clàm coiit. Mariti enim poteſtatem mutauit in furtum adulterij.

καὶ Ζεὺς χρυσῷ, ὕδατι, Ϛ βοΐ, ἢ δράκοντι, ἢ ἄλλοις προκαλύμμασιν. ἀφ' ὧν Διόνυσος ἢ Ἀπόλλων Ϛ Ἡρακλῆς, οἱ σὶ μοιχείας θεοί. λέγ ὁ Ὅμηρος Ϛ τὴν Ἥρᾳ ἰδεῖν αὐτὸν τότε ἡδέως, ὅτε αὐτῇ συνήει λάθρα. τὴν γὰρ αὐδρὸς ἐξουσίαν τέθηκεν εἰς κλοπὴν μοιχείας.

Deliciis.

Famoſus, ſi ſit crudelis & immanis, ignis eſt. Sin placidus & manſuetus lumen. Ne igitur vras, ſed ſerues, & Miſericordiæ aram animo poſitam habeas, & pro minùs diuturno munere, ſtabilem & conſtantem amicum accipias: & tempus anteuerte quod ſolùm formoſos deſtruit, quemadmodum populares Tyrannos. Vt ſollicitus ſum (quod ſentio enim, dicam:) ne te cunctante, morámque nectente, prima barba ſubeat, & elegantiam vultus obumbret, quemadmodum ſolem occultare nubium concurſatio ſolet. Quid timeo quæ iam eſt videre? Serpit quidem lanugo, maxillæ vero pubeſcunt. Vultus vniuerſus floret ac viget. Proh, cunctando conſenuimus, tu quidem celeriter obſequi nolens, ego vero precari atque rogare metuens. Antequam igitur totum ver tuum abeat, & hyems ad fores præſto ſit, da hoc per amorem, per hanc lanuginem, quæ mihi cras eſt iuranda.

Miſericordiæ ara.

Μειρακίῳ.

Ὁ καλὸς δὲ μὴ ἡ θηριώδης, πῦρ ὅστιν· ἂν ᾖ ἥμερος, φῶς. μὴ καίε οὖν, ἀλλὰ σῴζε. Ϛ τ' ἐλέεμον σὺν τῇ ψυχῇ ἔχε. ἀντιλαβὼν βέβαιον φίλον ὠκυμόρου δωρεᾶς· Ϛ φθάσας τὸν χρόνον, ὃς μόνος καθαλύει σὸν καλόν, ὥσπερ οἱ δημοτικοὶ τοὺς τυράννους. ὡς δέδοικά γε· ὁ φρονῶ γὰρ εἰρήσεται· μὴ μέλοντός σου καὶ βραδύνοντος, τὰ γένεια ἐπέλθῃ· ἢ τὴν τοῦ προσώπου *συσκιάσωσι χάριν· ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. τί δέδοικα ἅπερ ἔστιν ἤδη βλέπειν. ἕρπει μὲν ὁ ἴουλος αἰ δὲ σφόδρα καὶ χνοάζουσι. τὸ δὲ πρόσωπον ὅλον ἀνθεῖ. φεῦ, μέλλοντες ἐμπράσαμεν, σὺ μὲν θᾶττον *εἰκάσαι μὴ θελήσας· ἐγὼ δὲ οἰκτίσας δεηθεῖσα. πρὶν οὖν σὺ γε ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον, Ϛ χείμερα θηρσὶν, δὸς αὐτὸ πρὸς ἔρωτος, πρὸς τύπων τῶν γνησίων, ἃ δεῖ με αὔριον ὀμνύναι.

f. συσκιάσωσι

f. εἰκάσαι

D

Vxori.

Adulter etſi perſuadeat, periculoſum ſumptum facit, & mœrore plenum, ſi non impetret. Felicitati enim periculum lex minatur. Mœroris autem precium eſt amor. At ſatius eſt iis quæ quiſpiam concupiuit impetratis eſſe in metus ſollicitudine, quàm ſpretum & contemptum mœrore confici.

Γυναικί.

Ὁ μοιχὸς καὶ πείσας, σφαλερόπαθον ἀνάλωμα, Ϛ ὀδυνηρὸν μὴ τυχάνων. τῆς μὲν γὰρ εὐπορείας κίνδυνῳ ὁ νόμος. τῆς δὲ λύπης μισθὸς ὁ ἔρως. φοβεῖσθαι δ' ἄμεινον τυχόντα, ὧν βούλεταί τις, ἢ ἀνιᾶσθαι ἀμελούμενον.

Μηρακίῳ.

Ἐπαινῶ σε ἀνθρωφιζόμενον τῷ χρόνῳ, καὶ θερμόπλοντα τὰ γλύφα· ὁ γὰρ ἀπῆλθε φύσις, τοῦτο μιμήσῃ τέχνη· ἡδίστη δὲ ἡ τῶν ἀπολλυμένων ἀνάκτησις. ὥς τε ἐμοὶ συμβαλλόμενος πείθοιο· τῇ μὲν κεφαλῇ, κόμα· τοῖς δὲ μηλέτω σοὶ τὰ βοστρύχων· ὡς σοῦ μὲν ταῖς ὥραις συνκαταβαίνῃ ἠρέμα· καὶ ταῦτά σου τὰ γένεια ῥᾳδίως ὅτε βούλεται· σοῦ δὲ, τοῖς ὤμοις ὥσπερ καὶ θάτερον φησὶν Ὅμηρος σοῦ Εὐβοεῖς ὄπιθεν κομῶν. κεφαλὴ γὰρ ἀνθοῦσα ἡδίων πολὺ τῆς Ἀθηνᾶς φυτόν. εἰ δὲ χρὴ καὶ ταύτῃ τιμᾶν ἀκρόπολιν μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι μηδὲ ἀκόσμητον. τὰ γὰρ γλύφα σοι φίλα ἔστω, καὶ μηδεὶς σὺν ὀχλείτω τῷ φωτὶ τούτῳ, μήτε νεφέλη μήτε ἀχλύς. ὡς γὰρ ἀχθοῦ πλέαμα κεκλασμένα ὄμματα· οὕτως ἀδὲ γλύφα καλοῦ κομῶντα. εἴτε δὴ φαρμάκοις εἴτε μαχαίραις λεπταῖς εἴτε ἄκροις δακτύλοις, εἴτε ῥύμμασιν καὶ πόαις, εἴτε ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ πρόσθε σεαυτῷ τὸ κάλλος μακρότερον. οὕτως γὰρ ἔσῃ μιμούμενος σοῦ ἀγήρως θεούς.

Γυναικί.

Ἐχθὲς συγκλείσας τὰ βλέφαρα ὅσον ἡσυχῇ σκαρδαμύξαι, πολὺ ἡγούμην τὸν χρόνον. ἀμηχανίᾳ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς ἀνεράστοις συνεκάλουν. τί δὴ αὐτῆς ἐπελάθεσθε· τί ὦ τὸ φρουρὸν ἐξήκετε. ποῦ δή ἐστι καὶ τί γέγονε, κἂν τοῦτο αὐτὸ μηνύσατε νομίσας ἂν ἀκούειν, ἀπῆλθον σύνθασε ὀφθαι ὠόμην. καὶ τοῦτο σκεῖνο ἐζήτουν ὡς ἁρπαγησόμην. τί οὖν μηχανῶμαι ποιεῖν, ἐὰν ἐξελάσῃς εἰς ἀγρὸν ὡς

Deliciis.

Laudo te qui tempus eludas technis, & lanuginem reseces. Quod enim naturâ discessit, id arte manet. Iucundissima vero est eorum quæ amissa sunt, recuperatio. Itaque meum consilium audi ac sequere. Capite comam nutri, & capillorum tibi cura sit: alij cum maxillis sensim conueniant: & hanc tuam lanuginem, paruo negotio, cùm quis vult, auferet, alij vero confidant in humeris. quemadmodum Homerus ait Eubœos comam in posterioribus partibus alere. Nam caput florens multo iucundius est planta Mineruæ: siquidem ne hanc quidem arcem nudam videri conuenit, neque inornatam. Lanugines vero tibi sint nudæ, neque quisquam huic lumini officiat, neque nubes, neque caligo. Quemadmodum enim nequaquam iucundum aspectum præbent oculi clausi, sic neque lanugo in formoso comata. Siue igitur medicamentis, siue cultellis exilibus, siue summis digitis, siue purgationibus & herbis, siue alia quapiam machinatione, efficiet vt tibi pulchritudo sit diuturnior. Sic enim imitaberis Deos expertes senectutis.

Vxori.

Heri clausis palpebris tantùm, vt pauxillum intueri possem longum tempus existimabam præteriisse. Deinde oculos, vt rudes amoris obiurgabam. Cur eius vos cepit obliuio? cur præsidum destituistis? Vbi sit & quid factum sit, hoc saltem ipsum significate. Arbitratus autem audire, discessi eo, vbi visurum te putabam, & hoc est illud quod quærebam, vt raptã. Quid igitur sum facturus, si in agrum egres-

ſa fueris, vt anno præterito, & multis diebus vrbanam conſuetudinem reliqueris? Equidem neceſſario *de me* actum eſſe arbitror, ſi nihil poſſim iucundum amplius, neque audire neque videre. Ego enim futurum opinor, vt te ciuitatem egredientem etiam ſequantur ipſi qui ſunt in vrbe dij, *ſpectaculo* tracti atque commoti. Quid enim hîc ſoli faciunt? Atque etiamſi illi locis ſuis manſerint, tamen ego non relinquar amoris *appẽdix, vt cymba minor.* Quod ſi etiã fodere oporteat ſumam in manus ligonem, ſiue frangere, colam vites, ſiue olea lympha ſpargere, conficiam curſum. Quis enim ita cæcus fluuius, vt tuum ſalum non riget. Vnum deprecor ac eiuro, ex iis quæ ruri fieri ſolẽt, lac mulgere. Solas tuas mammillas libenter & cum delectatione tango.

Deliciis.

Quid mihi lanuginem, ô puer, oſtendis. Non relinquis elegantiam, ſed incipis formoſus iam fieri. Nam temporis celeritas tranſiit, quaſi volucre quiddam & infidũ, & vt ignis impetus extinguitur. Stabilitas autem ac firmitas permanet. Tempus vero non arguit eos qui reuera ſunt elegantes ac formoſi: ſed monſtrat, & teſtimonium potiùs illis perhibet, quàm inuidet. Pubeſcentem etiam Homerus appellat gratioſiſſimum, poëta non imperitus elegantiam & contemplandi & faciendi. Non autem hoc vnquam pronunciaſſet, niſi priùs ipſe amaſij tetigiſſet ſimul lanuginem & oſculatus eſſet. Antequam enim florerent, nihil diſcreparunt à mulieris maxillis tuæ nimirum teneræ & dilucidæ. Cùm verò iam pubeſcis, virilior es teipſo & perfectior. Sed quid? Voluiſti nihil ab Eunucho differre, quibus mẽta ſunt ſterilia duráque, & ſimilia

πῆσι, καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς σὺν ἄστει διατριβὰς καταλίπῃς· ἡγοῦμαι δυάλκαιον σαφῶς ἀπολωλεύαι, μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ μήτε ἀκούειν ἔτι μήτε ὁρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἔνθεσθαί σοι νομίζω καὶ τὴν πόλιν ἄξιούσι καὶ αὐτοὺς σὺν σοὶ ἄστει θεοὺς ἐλκομένους ὑπὸ τῆς θέας. τί γὰρ σὺ ταῦτα μόνοι ποιοῦσιν. εἰ δὲ καὶκεῖνοι κατὰ χώραν μένοισιν, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἀπολείψομαί σε ἕως ἐφόλκιον. εἰ δὲ καὶ σκάπτειν δέοι, λήψομαί τι δίκελλαν εἴτε κλᾶν, θεραπεύσω τὰς ἀμπέλους· εἴτε ἐπάρειν λαχανίοις ὕδωρ, ὁδοποιήσω τὸν δρόμον. πῶς γὰρ οὕτω τυφλὸς ποταμὸς ὡς σὴν γῆν μὴ γεωργεῖν. ἐν ᾗ ἔρομαι τι σὺ ἀγροῖς εἰθισμένων. ἀμέλγειν γάλα. μόνων ἡδέως τι σῶν μαστῶν ἅπτομαι. Μθρακίω.

Τί μοι τὰ γένεια, ὦ παῖ, δείκνυσς. οὐ παύῃ κάλλους, ἀλλ' ἄρχει· τὸ μὲν γὰρ ἐξ ὥρας ἔρρύηκεν ὅσον τι πηνὸν καὶ ἄπιστον· καθάπερ πυρὸς ὁρμὴ σβέννυται· τὸ δὲ ἕδραῖον καὶ βέβαιον μένει. χρόνος δὲ οὐκ ἐλέγχει τοὺς ἀληθῶς καλούς· ἀλλὰ δείκνυσι, καὶ μαρτυρεῖ μᾶλλον αὐτοῖς ἢ φθονεῖ. τὸν δὲ ὑπηνήτην καὶ Ὅμηρος λέγει χαριέστατον· ποιητὴς, εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν καὶ ποιεῖν. οὐκ ἂν δέ ποτε τοῦτο ἀπεφαίνετο, εἰ μὴ πρόσθεν αὐτὸς ἐρασθεὶς ἥψατο χροιᾶς καὶ κατεφίλησε. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν, οὐδὲν διέφερον γναθικὰς ἐκείνας σὰς ἁπαλὰς καὶ διαυγεῖς. ὅτε δὲ ἤδη χνοάζεις, ἀνδρικώτερος εἶ σεαυτοῦ, καὶ τελεώτερος. ἀλλὰ τί. ἤθελες μηδὲν οὐνούχου διαφέρειν, οἷς τὰ χρόα ἄκαρπα, καὶ σκληρὰ, καὶ λιθίνοις ὅ-

μθια. αἰχμώνλαι γοιῶ ⓐ ἀλιτήελοι ταὐτῃ τῇ τομῇ μᾶλλ ⓦ ἢ σκείνῃ. πλὴ μὲν ἀπόῤῥητον νομίζοντες· πλὴ δὲ, σαφέσταλον ἔλεγχ ⓦ τῆς ὄψεως.

A lapideis. Ignominiam igitur grauiorem accipiunt scelerati hac sectione quàm illa: posteriorem secretam putantes esse & tectam, priorem verò manifestissimũ in vultu argumentũ.

FED. MORELLI monitum ad omissa & commissa.

AD ἑρανιστὰς, *quos ob symbolas ad Philostrati ἔρανον collatas supra, laudauimus,* acceßit, FLORENS CHRISTIANVS, θείων *perdoctus sermonis vtriusq; linguæ, nostriq; dum viueret amantiß.* cuius παῖς παῖδος εἰκὼν ἔμψυχος, CL. CHRISTIANVS *in suprema Curia Parisiensi Aduocatus disertiß. obseruationes aliquot, tanto parente dignas, in quædam Philostratea nobis communicauit, quæ cùm operi iam ad vmbilicum deducto inseri nõ potuerint, earum tibi gustum hic aliquem dabimus. In Icone Neptuni (p. 742. C.) notauerat ἵπποις νθυσιχειὰ dici, quia νθὸσις est ῥάμφος, vel τόμα. vt νθὸσις etiam de piscib. Oppiano.* --τόμα νέρτα νένθυκε. --inferius vergit rostrum. *& Galenus in lib. de aliment.* νθὸσιν *Leuiscо tribuit: male enim ibi scribitur* χὸσιν. *sunt qui natantes interpretentur: male, vt idem putat, & fortaßis, nutantes, melius, ex eiusdem coniect. sed quid si, inquit.* πνθυσιχεῖ. *b. e. anhelantes. verùm eidem magis placebat,* ὃ νθυσιχεῖ. *Idem in Achillis* θεφαῖς *(p. 782. D.) hic,* οἱ αὖλοὶ ἐπι. *rogat, Quid si,* οἷα αὐτεῖ. *vel distinguit,* ἐπὶ διδάσκ. *In Phlegyis (p. 812. B. pro* οὔπω ὄντες, *mauult,* οἰκειῶντες. *in Achille in Scyro (p. 832. P.) pro* ἢ κέρατ. *leg. è coniectura,* ὁ κρατὴς τ. *& mox,* τὰ αὐ. θη ἀποφερούσας. *& in lacuna seq.* ἐνίθυεν φαίνεθαι. *In Heroic. (p. 635. D.)* ἔρχὸς ἦκουσα. 640. D. ἀμαχούσης. *Nec verò V. C. Carolus Labbæus, in supremo Senatu Patronus eloquentiß. & doctiß.* ἀσύμβολος *venit; sed Scholia Græca mnss. in imagines Philostrati, illis Pauli Petauij consentaneas, cum variarum lect.* ἐκλογῆ. *benignè impertitus est. Ceterùm præter loca à nobis recentata & emendata quæ biformi Charactere notata patent; quædam castigatione vel animaduersione adhuc egentia breuiter etiamnum aperire placet; atque ab his ordiri vbi Tyaneus (sic enim Apollonium hunc* ἁπλῶς *nominat Synesius in Philadelphus nostris) iactat* miracula dictis. *pag. 13. A.* τί ἔφη ξωετώτερον τὸ θεῖον. quid prudentius Numine? *maluissem,* quid sagacius? *est enim* ξώσεις *Arist. VI. Eth. ad Nic.* ἀρετὴ διανοητική. *Iupiter Homericus quid aliud sibi vindicat? cùm de se prædicat,* πρεσβύτερον γεγενὼς, καὶ πλείονα εἰδώς. natu maior, pluráque noscens. *pag. 16. C.* βοᾶν τε & αὖω βαίνων. *hîc, vt sæpè alias Lat. versio partim ieiuna est, partim luxuriat.* βοᾶν, *strepentis est & fastuosè buccas inflantis.* αὖω βαίνειν *eius est qui incessu superbo in imos digitos erigit se. sequentem periodum perturbatam fœdatámq; miserè, sic restitue* : Opera ex his quæ supererant facultatibus attulit, perpaucis sibi relictis. *Pag. 17. A.* μὴτ' αὖ γῆμαι. *vnde istud* ἄκυρον *in versione?* neque nubere. *ne vxorem quidem ducere voluit Apollonius, tantum abest vt vxori vellet nubere (quod etiam auersatur* Martialis.) *Siquidẽ Sophoclem cõtinentia vicit. B.* ἀμαθὴς ἐρωτικῆ. repulsam in amore *passus. His pauculis contentus,* ἐφάνιζε καὶ αὐτὸς, *ac cãdide mone;* Corrige sodes hoc atq; hoc. Absq; aliquot mẽdis non fit, Amice, liber. Optimus ille est qui minimis vrgetur. *quid ipse præstiterim* εἰλικρινῶς *in* ποικίλῃ τοᾷ *editionis cernes, discernes. In Epistolarũ quoque* ἀνωνύμῳ *versione, quot menda sustulerimus vix credi potest. vbi interpres* ὅρμους, *portus, pro monilibus;* ὀπώρας *autumnos, pro pomis;* θέας *Diuas, pro spectaculis;* γυναῖκας, *semper vxores pro mulieribus, & τέρψιν id genus alia inseruerat. quid agas? cautus* ἀμφίβιος τὴν κακὴν, ἔξεστι γάρ. Vt bona sit seges hæc, spicum tamen est quoque nequam. Vt mala sit seges, at spica relicta bona est.

ΧΑΙΡΕ ΚΑΙ ΟΥΛΕ ΜΕΓΑ.

INDEX GENERALIS

RERVM QVÆ HOC TOTO OPERE CONTINENTVR.

A

ABDERVS Herculis amasius 699
abderi exequiæ. 820
abderum ephebum Diomedis equę discerpierunt. 705
abinna promontorium Africæ. 209
absynthium Babylonicum, amaritudine sua ceteras herbas inficiebat. 30
acarnam, Leonidæ Spartani regis vates 405
acarnanides mulieres. 178
achęorum sepulchra 166
acheloï fluminis ostra. 350
acheloi insula 552
acheloi antrum 764
acheloi cornu 841
achelous Enagouius. 650
achilles. 704
Achilles, Pelei & Tethidis filius. 125. 714
achilles Chironi educandus à Peleo patre traditus. 705
achilles Patroclo comas totundit. 364
achilles à Paride atque Apolline interemptus. 713
achilles apparuit Apollonio. 170
achilles in Scyro. 854
achillis expiatio Thessalica à Dodoneo oraculo mandata. 717
achillis hasta. 707
achillis arma. 707. 708
achillis equi. 712
achillis forma & habitus. 171
achillis tumulus. 166. 172. 715
achillis vmbra chlamidata. 458
achillis alimenta. 780
achillis templum. 724
acrisius. 407
actæon. 753
actæus istri fluuij filius. 661
